

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Dissertationem Theologicam De Imitatione Iesu Et Dei Misericordis Ab Locos Lvc.  
XV, 1-10, Et VI, 36-42 Illvstrandos**

VVittebergae: Literis Tzschedrichianis, 1751

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862448174>

Druck Freier  Zugang





410 a. B.  
48. b. 8.

23.

Fa-1092(23)


21.  
24.  
2.  
2.  
2.  
2.  
2.  
19.  
31.  
18.  
2-6. 31.  
1. 3.  
4. 2.  
3. 36.






27.  
24.  
3.  
21.  
2.  
12.  
11.  
2.  
3.  
19.  
31.  
18.  
7.  
2.  
3.  
1.  
3.  
4.  
3.  
36.  
3.





2.  
3.  
24.  
25.  
1.  
2.  
2.  
1.  
1.  
2.  
3.  
19.  
3.  
18.  
7.  
7.  
0.  
6.  
3.  
11.  
3.  
4.  
3.  
36.  
3.





*Q. D. B. V*

DISSERTATIONEM THEOLOGICAM

D E

IMITATIONE  
IESV ET DEI MISERENTIS

*AB LOCOS*

*Lvc. XV, 1 - 10, ET VI, 36 - 42*

*ILLVSTRANDOS*

P R A E S I D E

CHRIST. SIGISMVNDO GEORGIO

SS. THEOL. DOCT. EIVSDEMQUE PROF. PVBL. ORDIN  
REGIOELECTORAL. ALVMNORVM  
EPHORO

AD DIEM NOVEMBR. CIO IO CC LI

IN AVDITORIO MAIORI

DEFENDET

M. IO. CAROLVS GOETZINGERVS  
VVECHSELBURGO. MISNICVS



VVITTEBERGAE  
LITERIS TZSCHIEDRICHIANIS IMPRESSAM

# IMPERIUM SOCIETATIS MISSERRIBUS



**Q**uo possent DEVM imitari homines, Ipse primos ad imaginem suam condidit, *Gen. I, 26, 27*, huiusque beneficio eorum intellectum instruxit sapientia, ut scirent, quae essent facienda et imitanda, quae omittenda et auersanda, appetitum sanctitate, ut animi propensione ad hanc DEI imitationem inclinarent, et sancti essent, sicut DEVS est sanctus, uoluntatem denique iustitia, ut nihil rectius, nihilque prius esse, conuincerentur, quam uelle DEVM imitari, ipsumque hoc uelle re ipsa exercere, posteros uero, cum primorum lapsu amiserint hanc imaginem DEI, eiusdem instauratione donauit, a Christo Iesu pars, *1 Cor. I, 30, Epb. IV, 24, Col. III, 10*, quo vires DEVM imitandi resumerent, ac perfecti essent, sicut DEVS perfectus est, *Mattb. V, 48*. Imitatio enim DEI summa perfectio est. Quo magis igitur DEI imitationi studemus, eo perfectiores sumus. Quamobrem Apostoli eam diligenter iniunxere suis, *1 Cor. XI, 1, Epb. V, 1, 1 Petr. II, 21*, imo Sospitator ipse, qui eosdem hanc docuerat doctrinam, eandem in duabus pericopis istis, quas impresentiarum illustrabimus, nobis demandauit. Fxit Summum Numen, ut omnia ipsius gloriae et Ecclesiae aedificationi bene uertant.

### C A P U T I

Q V O

## EVANG. DOMIN. III POST TRINITATIS

*Lvc. XV, 1 — 10, EXTANS*

ILLVSTRATVR

### V E R S V S I E T 2

1 Ησαν δὲ ἐγγίζοντες ὥστε πάντες ὁ τε-

λῶναι οὐδὲ ὁ ἀμαρτωλοὶ ἀκούειν αὐτοῦ.

2 Καὶ διεγόγγυζον ὁ Φαρισαῖος καὶ ὁ Γραμ-

ματεῖς, λέγοντες· Οτι οὗτος ἀμαρτωλοὺς

προσδέχεται, οὐκ οὐνεθει αὐτοῖς.

Erant autem appropinquantes ei omnes publicani et peccatores audire eum.

Sed murmurabant Pharisaei et Scribae, dicentes, inuicem. Hic, quaeso, peccatores suscipit, et edit cum ipsis.

### Ε Ζ Η Γ Η Σ Ι Σ

**H**σαν δὲ ἐγγίζοντες — ἀκούειν αὐτοῦ. Erant autem, paulo post, cum Iesu, iuxta n. 21 capitulii antecedentis, praeter alia, docuisset, DEVM uelle pauperes et mancos, coecos et claudos, h. e. peccatores omnis generis, ad gratiae suae regnum congregatos, ad idemque invitatos, ut seiu iiant, et nunc abiisset Hierosolymis, populo multo comite, n. 25, ad quem orationem ha-

A 2

buerat

buerat de constancia in fide, n. 26, seqq appropinquantes, i. e. appropinquabant, vid. Hierocrit. P. I, p. 21, a DEO traxi, Io. VI, 44, ipsi Iesu, nero Israelis medico, Exod. XXVII, 26, Matib. IX, 11, 22, qui solus iniquitatis uulnera sanat, Ier. IIIX, 22, XV, 18, XVII, 14, XXX, 12, 17, et fessas animas recreat, Ier. XXXI, 25, Matth. XI, 28, omnes illius loci, in quo Christus tum temporis commorabatur, publicani, ὅτε τέλη αναύμενοι, qui uectigalia, aliosque populi Romani reditus, certa pecuniae summa redimebant atque exigebant, quorum ordo ut apud Romanos erat honestissimus, teste CICERONE, in Orat. pro Plancio, scribente, Flos equitum Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum reipublicae, Publicanorum ordine continet, sic apud Iudeos erat iniquissimus, istique Iudei, qui publicanorum munere perfungebantur, omnium habebantur scelestissimi, prout erudite obseruauit G R O T I V S, ad Matth. V, 46, scribens, Publicanos Iudeos fuisse male negat Tertullianus, quem et Matthei et Zachei exemplum euincit, quanquam exstimo etiam in Iudea, ut in aliis prouinciis Romanis, mancipes fuisse, equites Romanos. Sed quia illi per se exercere publicum non poterant, Iudacis elocasse, aut certe eos admissoe in partem quaestus, quod ipsum nos docet Gemara Thalmudica de damno dato, Lib. I, cap. X. Quanta autem fuerit publicanorum improbitas, tum Baptiste ad ipsos sermo docet, (Luc. III, 12, 13,) tum et Iurisconsulti, in quorum numero V L P I A N V S. Quantae audaciae, quantae temeritatis sint publicanorum factiones, nemo est, qui nesciat. Extat apud L I V I V M narratio de Posthumo publicano, qui multis annis parem fraude auaritiaque neminem habuerat. Apud PLVTARCHVM est de Graecis, τὸ τελωνεῖον ὄνειδος ήγοῦνται. Verum Iudei non tantum improbitatem quaestui plerunque conexam, sed ipsum etiam quaestum execrabantur, nimirum, quod indignum crederent Iudeo homine, instrumentum fieri extremae seruitutis, quam ipsi aegerrime tolerabant, adeo ut multi etiam ipsa tributa et uectigalia specie pietas abnuerent, ut Iosephus nos docet et Euangelii historia. His de causis publicani plane eodem loco habebantur, quo Ἰωνοί, i. e. ἀλόφυλοι a DEO alieni, ex quo ἀμαρτωλοὶ Hebraeorum Magistris dicti, οἴνος, h. e. ωαρά. νουοι, ἀταυτοι, qui neque legis, neque disciplinae Iudicac uliam habebant rationem. Propterea que publicani modo iunguntur Ἰωνοῖς, modo ἀμαρτωλοῖς, ac nominatim ταῖς πονηραῖς, ut multis in locis uidere est, -- quia pariter isti omnes impuri atque intestabiles habebantur, neque sacris tantum, sed et communis coniunctu indigni. Ac, ne ad testimonii quidem dictiōnē admissos fuisse publicanos apud Iudeos indices, in Pandecta Talmudica perscriptum est. NATHANIEL tamen LARDNERVS de fide Histor. Evangel. Lib. I, p. 385, obseruat, nonnullos inter Publicanos honestos (et addo religiosos) fuisse, hanc que

que sententiam exemplis probat Matthaei, siue Levi, de quo uid. Matth. IX, 9, Marc. II, 4, Luc. V, 29, ac Zacciae, Luc. XIX, 18, tum Iohannis cuiusdam, apud JOSEPHVM, de Bello Iud. Lib. II, c. XIV, §. 4,5, qui Iudeorum, popularium suorum, et Synagogae gratia magnos fecit sumitus, atque in consortium Iudeorum potentiorum admissus fuit. Cum uero omnes fere publicani immisericordes essent, irreligiosi, rapaces, iuxta Comicum, πάντες τοιούτοις, πάντες εἰσὶν ἀρπαγές, ac populum degluberent, ut ex Luc. III, 13, est colligere, male publicanorum ordo audiebat, Matth. XIII, 17. Cuius autem famae ut consuleret CLAVD. SALMASIUS, distinxit ille inter publicanos et portiores, illos publici redemptores et equestres dicit, de quibus supra modo egimus, hos uero eos, qui in portibus et telonii sedebant ad colligenda et exigenda portoria, quos Graeci uocant ἄλιμεντας, atque, hos odiosos fuisse, ait, dum plus saepe, quam licitum lege ipsis erat, exigerbant. Verum, licet apud Romanos haec distinctio locum habere potuerit, tamen a Iudeis eam probatam fuisse, aegre credo, quia omnes illi Iudeis fuerunt odiosi, qui uectigalia, census, aliaque tributa, utpote seruitutis signa, ab iis exigeabant, siue fuerint inferiores ac portiores, siue superiores ac publicani, uel id genus alii. Quinimo ipsi Caesari succensabant Iudei, utpote seruitutis impatientes, quemadmodum partim ex quaestione illa, quam Matth. XXII, 17, Christo proponebant, utrum liceat Caesari censum dare, nec ne? partim ex seditionibus, quas illi huius causa excitarunt, colligere licet. Quare per Publicanos h. l. omnes eos intelligimus, qui in Iudea redditum publicorum erant, uel redemptores, uel exactores. Utrumque enim genus seruitutis iugum Iudeis imponebat, hinc utrumque etiam ipsis valde erat exosum, et quo exosiores illi erant, eo acerbiores iniquioresque, ut plerumque fieri solet, isti in Iudeos erant. Conf. plura in Dissertationibus DAN. GUIL. MOELLERI et CHRISTIANI IANI LIDONII de Publicanis. Interim tamen hic, re ipsa resipiscentes, appropinquant omnes, et qui erant alii peccatores publici, siue homines facinerosi ac scelesti, quo sensu uox ἀμαρτωλὸς occurrit, Luc. VII, 37, 39; Io. IX, 24, et apud ARISTOPHANEM in Θεσμοφορῃ.

Eu. Ω παρθένος οικτήρω σε πρεματένην ὡρῶν.

Σκ. Οὐ παρθένος εἶσιν, αὐτὴν ἀμαρτωλὴ γέρων.

Eu. O uirgo, qui te suspensam uideo, misereor tuū.

Sc. Non uirgo est, sed scelesti senex.

Conf. Vind. N. T. ab Ebraism. p. 34, seq. Est enim, accurate loquendo, ἀμαρτωλός, adiectiuum, cuius comparatiuus ἀμαρτωλότερον occurrit apud

ARI-

A 3

36.

**A R I S T O T E L E M**, uid. *Vindiciae modo citatae*. Atque hi omnes uarii generis facinerosi appropinquant ad Iesum, eo fine, ut resipiscentes audirent eum, verba salutis praedicantem, *Io. VI, 68, VII, 46*, ab eoque peccatores inuitante, *Luc. V, 32*, discerent, quae essent credenda, quaeue ficienda, *Matth. XI, 29, Luc. III, 12*. Nam ἀκούειν, h. l. est edocevi, discere ab aliquo, et cognoscere ueritatem, uid. *Matth. XII, 42, 1 Tim. IV, 16, 2 Tim. I, 13*. Hinc colligimus, resipuisse eos, et more *Zachaei ac Matthaei* credidisse in Christum, prout hoc ex uerbu seq. et parabolis, a Christo hunc in finem propo-sitis, sequi uidetur.

Kαὶ διεγόγγυζον τὸ συνεδίει αὐτοῖς. At, uid. *Vindic.* N. T. p. 161 et p. 165, §. XV, cum uiderent publicanorum ac peccatorum discendi cupiditatem ac conuersationem eorum ad Christum, *Pharisei*, arrogans ac nimium iustitiae et sanctitatis sibi indulgens hominum genus, *Matth. XXIII, 5, seqq. Luc. XIII, 11*, conf. quae ad u. 4 *Euang. in Festo Epiphani*. sunt dicta, ob-murmurabant exposulantates, hanc enim uim habet uerbum γογγύζω a **S A L M A S T O** immerito reprehensum, uid. b. SCHWARZI *Commentarii Critici et Philol.* p. 295, et *Hierocrit. nosler N. T.* p. 16, P. I, dicentes, inuidia et sanctitatis fastu ac iustitiae propriae persuasione, *Matth. V, 20, Rom. IX, 31, 32*, ab-repti. Quod, i.e. quæsio, profecto, uid. *Vindic. cit. p. 287, bic*, qui tam sanctus, tam iustus esse, et Propheta haberi, uult, peccatores cuiuscunque generis, publicanos et scorta, fures et irreligious, (licet huiusmodi farinae homines ipsi es-sent Pharisei et Scribæ, uid. *Matth. XXIII, 14-38, Io. IX, 7, 9,*) suscipit in consortium et familiaritatem, et, quod maximum, edit cum ipsis, συνεδίει αὐτοῖς, pro ἐδίει σὺν αὐτοῖς, uid. *Hierocrit. P. I, p. 149, seq.* quod tamen, ut supra uidimus, apud Iudeos erat ueritum, et uiro Iudeo, eoque sancto, prorsus indignum. Quo etiam ipsa Christi ac Pauli uerba *Matth. XIII, 17, 2 Cor. V, 11*, respicere, et omne consortium cum istiusmodi hominum genere interdicere uidentur. At, cum bene nossent Pharisei ac Scribæ, Christum cum facinerosis hominibus non conuersari eo fine, quo ipsorum facinora comprobarer, aut ipsorum esset socius ac commilito in sceleribus perpetrandis, sed ut scelerum deformitatem eos dedoceret, atque a facinorum exercitio abstraheret ad uirtutem, a peccato ad pietatem, uerbo, Christum cum ipsis conuersari, et agere solere, ut medicus cum aegrotis, *Luc. V, 30, 31*, aut pastor cum ove errante, *Luc. XV, 4*, agere soler. Hinc Christi misericordiam erga peccatores et graiam non vituperare, sed imitari, debuissent illi, ut recte obseruauit GROTIUS, ad h. l. scribens, Quod si DEVS eo est animo, ut quisquis granum criminum reos serua poenitentia dulces libenter recipiat in gratiam, satis apertum est, nostri etiam esse officii, diuinam hac in parte clementiam

mentiam imitari, ac proinde non auersari eos, qui post grana flagitia spem faciunt emendationis, quales erant publicani illi atque alii uitiae minus probatae homines, qui, nisi desiderio uirtutis tenerentur, nequitam ad omnis uirtutis magistrum tanto studio conuenirent, eum nocarent ad se, eius uerbis praefarent audientiam. Christus DEI bac in re misericordem affectum non ex ueterum literis, quod poterat, sed, quod erat popularius, argumentis ex quotidiana hominum experientia petitis confirmat, suumque factum defendit eius exemplo, quem imitari summa perfectio est. Vid. de hac imitatione DEI ad n. 36 Euangelii sequentis.

## ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙΣ

- I Fores gratiae semper et omnibus patent, *Ies. LV, 1, Ier. III, 12, Matth. XI, 28, XIIIX, 11, Io. VII, 37, 1 Tim. I, 15, II, 4, 2 Petr. III, 9.* Ergo tu quoque ad thronum gratiae accedas, *Luc. XIIIX, 13, Rom. III, 23, seqq., Hebr. IV, 16,* nec tempora gratiae negligas, *2 Cor. VI, 2.*
- II Noli carnis et satanae suasui fidem habere, ac si peccata tua tanta essent, ut ad Christum accedere non possis, uid. προσοικ. anteced. aut tam grauia, ut Christus te non suscipiat. Absit hoc. Vbi peccatum abundauit, ibi gratia superabundauit, *Rom. V, 20.* Haec est solatii uox, Christus suscepit aduenientes peccatores et edit cum ipsis, imo semetipsum edendum iis exhibet, *Matth. XXVI, 26, 28.* Conf. Venerab. NEUMEISTERI hymnus, *Iesus nimmt die Sünder an, ceterum.* Ergo tu etiam ueni. Venientes non a se expellit, *Io. VI, 37.*
- III Euangelii uirtus magnetis instar sese habet, ut enim ille impurum ferrum, si hoc pessimos et impurissimos ad se trahit, conuertit ad Christum, et saluos facit, *Rom. I, 16.* Quid ergo tu, de salute tua, peccator, dubitas? Sequere Euangelii uocem, qua te ipse Christus uocat, *Matth. XI, 28, et de salute tua te certiore facit, Ies. I, 16, 18, 1 Thess. V, 9, 1 Tim. I, 15, 1 Io. II, 2, Appropinqua ad DEVM, et appropinquat ad te, Iac. IV, 8.*
- IV Ad Christum qui uis appropinquare, uenias ad templa, et cor afferas, ut audias eius uocem, *Ies. XXIX, 13, Hebr. X, 22, 25, nec audias tantum, sed facias etiam, Iac. I, 22, Hebr. X, 22, 25.*
- V Erras, qui sacras congregations publicas fugis, quia sanctis peccatores sunt admixti. Ecce Sanctus sanctorum non fugit peccatores celestissimos, sed conuersatur et edit cum ipsis, ut animas ipsorum lucraretur. Fac idem, et explora te, ne sanctitas tua sit sanctitas pharisaica, *Luc. XIIIX, 9, seqq. DEOque abominabilis, Matth. V, 20.*

**VI** Praeorum quidem consortium est fugiendum, quando nulla spes eos conuertendi superest, *Matth. XIII, 17*, *1 Cor. V, 11*, *2 Thess. III, 6*, sed quando eorum animas lucrandi adhuc spes est, eos ne fugias, sed Christi et Apostolorum sequere exemplum, et medicos cum aegrois conuersantes imitare, *Luc. V, 31*. Fer ipsos mansueto spiritu, nec despera de eorum conuersione, sed ora pro ipsis, utrum DEVS aliquando ipsis det poenitentiam ad agnitionem ueritatis, *2 Tim. II, 25, 26*.

**VII** Eodem forte morbo, quo Dauides, *Psl. XXXIX, 4, seqq.* quo peccatores alii, *Luc. VII, 37, seqq.* *Io. IX, 3*, fuerunt pressi, si diuekaris, ad Christum fuge, ille est medicus unius Israelis, qui scelus te sanare potest, et sanabit etiam, *Exod. XV, 26*, *Ier. XV, 18*, *XVII, 14*, *XXX, 12, 17*.

**IX** Quam iniusta saepe et temeraria sunt hominum iudicia, *Act. XXIX, 4*, et quam facile errare possunt in iudicando sapientes, *1 Sam. XVI, 6, 7*, et quam facile, qui multum sibi tribuunt sapientiae, stultescere possunt! *Rom. I, 22*. Quare ne sis praeceps ad reprehendendum, *Iac. I, 19*, ne fias obreftator, aut iniuriis lacessas proximum, neque nimium tuae tribus sapientiae, ne fias stultus, *Rom. I, 22*, *XII, 16*.

**IX** Ne metuas hominum criminationes cum impiis conuersans, si modo uideris, te eorum animas lucrari posse, et tuam intentionem esse bonam. Imitare Iesum, *Luc. V, 30, 31*, *Io. XIII, 15*, nec male te habeant iniuria, quas idem ille aequo animo tulit, *1 Petr. II, 21, seqq.*

**X** Disce, quod non statim reprehendenda sint, quae tibi sunt occulta, et, utrum reuera mala sint, ignota. Aut enim inuidiae et malitia, aut praecipitantiae et stultitiae notam incurres.

**XI** Quanta inuidiae, quanta hypocriseos, est uis et malitia! dum ea uituperat, quae DEVS probat, dum ea reiicit, quae imitanda erant. Quare, haec cum scias, inuidiae ne cedas, hypocrisi ne credas, malitiam ne metuas, sed fac, quae Iesus fecit, et imitare, quae DEVS imitanda praescripsit, *Luc. VI, 36, 37*. Conf. plura ad Euang. u. 36 et 37 προσωπικ. I., seqq.

**XII** Securitatis ac fastus est indicium, aliorum uideret perstringere naevos, sua autem facinora non uidere, nec agnoscere peccata, *Matth. VII, 1, seqq.*

VER.

## VERSVS 3 - 5

3 Εἶπε δέ πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν ταῦ-  
4 την, λέγων· Τις ἀνθρώπος ἐξ ὑμῶν ἔχων  
ἐκατὸν πρόβατα, καὶ μὴ πολέσταις ἐν ἐξ αὐ-  
τῶν, οὐ καταλείπει τὰ ἐννεάκοντα εννέα εἰν  
τῇ ἔρημῷ, καὶ πορένεται ἐπὶ τὸ ἀπολω-  
5 λός, ἃς ἔνηρι σύντο; καὶ ἐνεργεῖ ἐπὶ τοῖς ὥμοις ἐκυτοῦ χαύρων;

Dixit autem ad eos parabolam hanc; di-  
cens. Si quis homo ex uobis habuerit  
centum oves, et perdiderit unam ex  
iis, nonne relinquet nonaginta nouem  
in deserto, et uadet ad desperitam, us-  
que inuenierit eam? Et cum inuenierit,  
imponit super humeros suos gaudens?

## ΕΞΗΓΗΣΙC

**E**ἰπε δέ -- λέγων. *Dixit autem Iesus, ut Phariseorum reprehensiones iniustas refelleret, contra uero causam suam tueretur, quod peccatores, quorum causa in mundum uenerat, Matth. IX, 13, susciperet, ad eos, Phariseos et Scribas inuidiose uituperantes, hanc parabolam, (uid. de uoce παραβολῆς quae ad u. 4 Enang. Domin. Septuages. sunt dicta,) de oue amissa, eo fine, ut conuinceret eos, quod non essent in bonis pastoribus numerandi, quibus conueniat, ut morbidas oves carent, et errantes ad gregem reducant, sed in eis potius, qui parum de gregis eura sint solliciti, quales pastores descripsit Ezechiel, cap. XXXIV, 2, seqq. inquiens coram, ne Phariseorum istae criminationes ministerio Christi officerent, uel praeiudicio essent, neque populum offenderent, quod cum peccatoribus conuersaretur, quia officii ratio hoc exigeret, ut pastor animarum, Io. X, 11, aegrotantes curet, et errantes in rectam, quae ad gregem ducat, reducat uiam. Quare sequentem, ut errorem intelligerent, ac saperent, dixit ad ipsos parabolam.*

**T**ις ἀνθρώπος ἐξ ὑμῶν -- ἔως ἔνηρι σύντο. *Si quis, τις enim pro ἑαν-*  
*τις est scriptum, ut infra, u. 8, uid. Vindiciae N. T. p. 184, seq. homo ex*  
*uobis, siue, inter uos, habens fuerit, i. e. habuerit, et cui propriae sunt cen-*  
*tum oves, est numerus certus pro incerto, et unam ex iis, a grege aber-*  
*rantem, quod facillime fieri solet, quia partim ouis a natura est stupidum*  
*animal, partim in sylvis dispersae pascuntur, perdiderit, expendire quaeso*  
*uobiscum, quo animo esset iste erga ouem istam amissam, utrum aequo ani-*  
*mo huius ouis iacturam feret, eam lupis relinquet praedam, an misericor-*  
*dia et dolore commotus erga ouem aberrantem operam dabit, ut ad gre-*  
*gem reducatur, nonne, si bonus patrifamilias, aut bonus pastor, fuerit, nam*  
*iustus pecoris sui miseretur, Prou. XII, 10, poenitebit eum ouis amissa, atque*  
*ideo relinquet nonaginta nouem, non ex negligentia, incuria, et odio, sed quia in*  
*saluo sunt, intra munitionem receptas, in deserto, ubi pascebant in montibus, cen-*

B

tum

tum oves, per quod non intelligitur tale desertum, quod incultum, horridum, atque aedificiis et incolis prorsus vacuum sit, sed talis terrae tractus, qui ex parte incultus sylvis ac pascuis abundat, et ab hominibus olim erat desertus, hinc desertum dictus, et hoc nomen retinebant illi tractus etiam cum temporis, cum culti atque oppidis et pagis instruunt essent, qualia deserta in Iudea erant non una, conf. ad n. 23 Euang. Aduent. IV annotata. De tali itaque regione, quae nomine, non re ipsa, desertum vocabatur, loquitur Christus, in quo oves relinquit paterfamilias, aut ipse pastor *cum uadit ad amissam ouem quaerendam, donec inuenierit eam errantem in locis deuiis.* Quamuis uero Sospitator hanc parabolae partem non applicauerit, sicut alteram partem in uersu seq. applicatam uidemus, tamen facile intelligere poterant intidi illi et desides Pharisei ac Scribae, quo mens Christi respiceret, nimirum, primo, si boni essent pastores, qui gregem DEI curarent, salutem publicanis et peccatoribus non inuidenter, nec ipsum Dominum traducerent ideo, quod amissos et errantes quaereret, sed ipsi idem facientes, cum Domino de resipiscientibus, iuxta uersum seq. gauderent, deinde, quod hypocritae illi plus de ouibus amissis, quam de hominum salute solliciti essent, quemadmodum id aliquando Jesus eodem fere simili in istiusmodi hypocritis notauerat, eosque in ruborem dederat, *Luc. XIII, 15, 16, 17.* Ex quibus utique populus nunc colligere poterat, Phariseos iniuste uituperasse Dominum, nec ueros esse pastores, sed mercenarios, qui semetipsos tantum pacserent, *Ezech. XXXIV, 2, seqq.* Dominum contra esse bonum illum pastorem, qui amissum quaerat, de quo *Daudes uaticinatus, Ps. XXIII, 1, seqq. Iesaias XL, 10, 11, Ezechiel XXXIV, 11, seqq.* conf. *Io. X, 11.* Si enim in bonis essent numerandi pastoribus, gauderent illi de peccatorum, in gratiam cum DEO redeuntium, poenitentia, prout Dominus in seqq. uersibus metet, inquiens.

*Kai εὐπῶν -- χαιρῶν; Et nonne cum post multam inuestigationem inuenierit ouem errantem aut in limo, aut in dumetis, *Gen. XXII, 13,* aut in paludibus, et haerentem, imponit in humeros suos variis ex causis, quales sunt, quod ouis errans admodum difficulter ad gregem adduci ac propelli possit, quoniam semper aberrare a via obstupescens contendit, deinde quod facilius et celerius gestando, quam pellendo ad gregem adduci possit, et denique quod errando fessa ob lassitudinem sequi, uel pelli, non possit, hinc miserescens non tantum, sed etiam ualde gaudens, quod inuenierit, nec labor fuerit frustraneus, portat ad gregem. Vbi obseruerit, quod, cum Christus hanc parabolae partem non exposuerit, omnem adhibuerint operam interpretes, ut ueras terminorum expositiones afferrent. Idecirco non men*

men ἀνθρώπος in uersu anteced. ad Christum ἀεχιποιμένα, et quemcunque fidelem pastorem, qui curam gregis pro viribus gerit, et ἀεχιποιμένα, qua curam peccatores conuertendi, imitatur, applicant, centum autem oves ad umbrare coetum Ecclesiae, et ouem errantem unumquemque peccatorem indicare, teste cum AVGUSTINO statuunt. Dicitur uero peccator ouis, quia de grege Christi erat, eiusque uocem aliquando in Scripturis et in doctorum concionibus sonantem audierat, iam uero, uocem satanae, mundi, et earnis suae securus, a grege discesserat, uel in peccati dumetis ac spinis nunc pascens, uel in uoluptatum coeno ac limo sese uoluens, errat. Quod uero ad oues nonaginta nouem attinet, per eas non cum GREGORIO Hom. 34, AMBROSIO ad h. l. greges Angelorum, Archangelorum, Dominationum, Potestatum, ac Thronorum, neque cum aliis, teste THEOPHYLACTO ad h. l. omnem rationalem creaturam Angelicam intelligimus, utpote qui illam gregem, a quo aberrauerat peccator, et unus ex istis centum ouibus erat, neutquam constituere possunt, quoniam sequeretur hac ratione, errantem ouem non hominem peccatorem fuisse, sed Angelum, nam centum illae oues eandem habebant naturam, Angeli autem in bono confirmati labi non possunt, neque ullibi oues dicuntur in Scripturis S. Vtrumque uero de hominibus praedicatur, et iuxta contextum, h. l. de hominibus accipi deber, qui per oues in deserto pascentes indigitantur, h. e. qui in hoc mundo uerbo DEI pascuntur, Ps. XXIII, 2, seqq. a quibus peccator aberrauerat, atque in periculo erat intereundi. Ne autem periret, uadit et quaerit Pastor, quae actiones uti studium ac curam peccatores in gratiam reducendi cum DEO indicant, sic dictio inueniendi poenitentiam peccatoris, imponendi uero in humeros receptionem in statum gratiae, et gaudendi seriam ac gratiosam Christi voluntatem peccatores saluandi notat.

## ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

I Imitentur pastores ἀεχιποιμένα in vindicanda muneris sui et ueritatis Evangelicae fama, ne utrumque blasphemetur, nec offendantur impetratores, faciant tamen spiritu mansueto, 2 Tim. II, 24, seqq. Tit. II, 7, 8.

II Conscia mens recti accusatores non timet, sed coram se defendit a criminibus sibi obiectis. Vtinam hac in parte Christi imitatores essent Christiani omnes, sigillatimque pastores, et, quando ipsis malitia facta obiciuntur, criminaciones esse inuidiae uocem, coram edocere, atque aduersarios in ruborem dare, possent!

III Peruersum et immisericors genus hominum, qui pecudis curam habent errantis et morbidi, peccatorum uero, siue hominum errantium et aegrotantium, curam gerendam esse aut uerant, aut negligunt. Quam procul illi ab imitatione Iesu absunt, *Matth. IX, 12, 13, Luc. V, 31, 32, Conf. ad n. 36 Euang. seq. προσοικ, I, seq.*

IV Disce, quod Iesus non tantum suscipiat peccatores poenitentes, uid. ad uersus anteced. προσοικ. I et II, ergo redi, sed eos quidque errantes uoget, *Ier. III, 12, Ez. XXXIII, II, Matth. III, 2, XI, 28, Luc. V, 32, Io. VII, 37, ergo audi uocem eius, et quaerat, Ez. XXXIV, II, 12, 16, donec inuenierit, ergo ne resistas, Matth. XXIII, 37, sed sequaris eius uocem, et beatus eris, Io. X, 27, 28.*

V Christus licet suos in deserto huius mundi relinquit, tamen, non derelinquere eos, scias. *Hebr. XIII, 5, sed ipsis prospicere, ne pereant, ergo ne timeas, DEVS tecum est, Ies. XLIII, 1, 2.*

VI Quam graue ac difficile boni pastoris sit officium, ex hoc intelligas, quod non tantum pro uirili gregem pascere, i *Petr. V, 2*, et uitae integritate eum antecedere, i *Petr. V, 3*, sed etiam aberrantes, ad exemplum ἀρχιπομένος, operose quaerere, eosque ad gregem reducere debent. Te ipsum probes ergo, qui pastor es, utrum hac in parte sis Iesu, boni illius pastoris, *Ez. XXXIV, II, 16, Io. X, 14, imitator, an eorum, quorum mentionem facit, Ezechiel, cap. XXXIV, 2, seqq. commilito.*

VII En ineffabilem amorem DEI, qui non uult, ut unus aberrans a gregge pereat, sed ut conueratur, et uiuat, *Ezech. XXXIII, II, I Tim. I, 15, II, 4, I Io. II, 1, 2, 2 Petr. III, 9. Cae ergo, pastor, ne tua negligencia unus uel alter pereat, eamque tuo aliquando sanguine luas, Ezech. III, 17, 18.*

IX Cum gaudeamus, quando nostri corporis membra salua sunt, doleamus uero, quando unum uel alterum sit morbidum, quanto magis debemus dolere, quando membra quaedam in corpore Christi mystico sunt aegrotantia, gaudere uero, quando illa pristinae restituuntur sanitati, i *Cor. XII, 12, 26, Eph. IV, 15, 16.*

VER.

## VERSUS 6 ET 7

6 Καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν ὄikον συγκαλεῖ τοὺς  
Φίλους καὶ τοὺς γείτονας, λέγων αὐτοῖς·  
Συγχαρέτε μοι, ὅτι ἔγρο τὸ πρόσωπόν  
7 μου τὸ ἀπολωλός. Λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ-  
τῷ χαρὰ ἔσαι ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἐν  
μαρτωλῷ μετανοοῦντι, ἢ ἐπὶ ἐννευηκοντα-  
ενέα δικάοις, οἵτινες οὐ χρέαν ἔχουσε-  
μετανόησε.

Et, cum uenerit in domum, conuocat amicos et uicinos, dicens ipsis. Gaudete cum me, quia inueni ouem meam amissam. Dico uobis, quod ita potius gaudium erit in coelo super uno peccatore poenitente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non opus habent poenitentia.

## ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν ὄikον -- τὸ ἀπολωλός. Et, cum post exantatos labores, ouem secum afferens, uenerit ad domum pastor, conuocat, more pastorito, amicos et uicinos, ut ipsis gaudium suum de oue inuenta testetur, eosque ad mutuum gaudium exciter, dicens ipsis laetus. Gaudete cum me, συγχάρετε μοι, pro χάρητε σὺν ἐμοὶ, uid. Hierocrit. N. T. P. I. p. 249. seq. quoniam ouem meam, quae amissa erat sua culpa, cum a grege pascente aberrasset, inueni. Ad quem uerum notemus, a) quod in parabolis quidem non omnia applicationis, sed integratatis parabolicae, causa posita sint, quo etiam ὄikos, h. l. referendus uideretur, quod si uero huius uocis applicationem urgeant, aut coelum, respectu ἀρχηπομένος, per ὄikos intelligendum esse, arbitramur, quod τῷ ἐρήμῳ, h. e. terrae, in qua grex Christi pascit, opponitur, et ex qua oues tandem ad patriam, sive domum pacis tendunt, Ies. XXXII, 18, Hebr. XI, 14, XII, 22, quam explanationem quoque uersus sequens compre-  
bare uidetur, aut Ecclesia, respectu ministrorum DEI, quae est ὄikos τοῦ Θεοῦ, 1 Tim. III, 15, in qua oues Christi ex ἐρήμῳ adductae congregantur.  
b) Per Vicinos et Amicos in Coelo Angelos et beatos, in Ecclesia fideles, intelligimus.

Λέγω ὑμῖν -- οἵτινες οὐ χρέαν ἔχουσε μετανόησε. Dico ego, qui de coelo ueni, et omnia noui, quae in coelo aguntur, Io. I, 18, III, 13, 31, 32, uo-  
bis Pharisaeis et Scribis, inuidis atque iniquis censoribus, quod, uti in ter-  
ris pastores, aut ii, qui ouium sunt possessores, de oue gaudent amissa,  
quando restituunt gregi, scilicet μᾶλλον potius, quae uocula saepe a Graecis  
ἱλλεπτινῶς retinetur, gaudium erit, non affectu, sed effectu tale, quia in DEVM affectus non cadunt, coram DEO, Ies. LXII, 5, Zeph. III, 17,  
coram Angelis, ut expresse dicitur uersu 10, qui conferatur, si lubet, et  
coram omnibus beatis in coelo, non Ecclesiastico illo, de quo Apoc. XII, 7,

B 3 *uero in uerbo apud am* sed

36

sed in eo coelo, in quo DEVS cum omnibus sanctis Angelis et beatis aeter-  
num habitat, *Hebr. XII, 22, 23*, super unum peccatorem poenitentem, qui lapsus,  
instar ouis, a DEO aberrauerat, ideoque poenitentia non stantum et con-  
tinuata, sed lapsorum et iterata est intelligenda, quam super nonaginta nu-  
nem iustis in terra nimirum, quia nonaginta nouem illi et centesimus la-  
plus unum in his terris gregem constituebant, quare non de iustis in coe-  
lis, ut haut pauci statuunt, salvo parabolae nexu et sensu, haec Christi vox  
accipi debet, sed de iustis in hac terra, qui poenitentia tali, quae lapsorum  
est, non opus habent, quamvis opus habeant poenitentia continua et stan-  
tum, quibus rebus partim omnis cadit difficultas eorum interpretum, qui  
difficultatem hic quaesuerunt, hisce *Eccles. VII, 21*, uerbis permoti, *Homo  
iustus non est in terra, qui faciat bonum ita, ut non peccet*, quia non de tali-  
bus iustis loquitur Seruator, qui prorsus non peccent, uel labi non pos-  
sint, sed de istiusmodi iustis, qui tum temporis, cum centesimus ille ab-  
erraret, in statu gratiae erant, ideoque poenitentia lapsorum non indige-  
bant, quamvis poenitentia quotidiana et stantum opus haberent, tota  
enim christianorum uita perpetua poenitentia esse debet, partim etiam eo-  
rum interpretum opinio, qui existimant Christum per iustos hic indigitasse  
Pharisaeos et Sribas, qui se iustos habebant, sed si parabolae ratio est ha-  
benda, non uidetur hic ad Pharisaeorum Sribarumque iustitiam respexisse  
Christum, quia centum illae ques non coetum Pharisaeorum et Sribarum,  
sed Ecclesiam, repreäsentabant, in qua ut centesima illa ouis a grege aber-  
rans denotabat omnes illos publicanos et peccatores facinerosos, qui, re-  
spectu totius coetus, pauci erant, sic nonaginta illae nouem omnes reli-  
quos, qui ab Ecclesia non discesserant, ideoque pro iustis habebantur, signi-  
ficare arbitramur. Denique, quando quaeritur, qui fieri possit, quod  
DEVS et Angeli peccatoribus, non iustis, gaudere dicantur, recte uisus est  
nobis respondisse *D. BACKUS* in *Explicat. Evangel.* ad h. l. p. 107, scribens,  
*Nihil noui est, agricultae magis placere agrum, qui spinis eradicatis fert fru-  
ctum, quam illum, qui spinas habuit nunquam, nihil noui est, piam matrem  
de aegrotante fabole magis esse solicitam, quam de aliis recte ualentibus, licet  
omnes omnino liberos ex aequo diligat* -- ADDENS. Sic et nihil noui est in  
recuperatione earum rerum, quas amissimus, plus gaudere hominem, quam de-  
sis, quae salua semper monjerunt, quia dolor de amissione conceptus gau-  
dium intendit et auget. Christus ergo humano more hic de DEO loquitur, di-  
ligit ille piorum constantiam et in fide perseverantiam, sed magis delectatur  
poenitentibus, quia illi a maiori malo liberantur. Conferatur parabola de filio  
deperdito, eadem cap. *Luc. XV, 11 - 32*, extans, eundemque in finem a Chri-  
sto allata, quae magnam huic rei lucem affert.

ΠΡΟΣ.

## ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

- I Si DEVS, si coelites, de peccatore gaudent poenitente, quanto magis nos de iis, qui membra nobiscum in corpore Christi sunt, gaudere debemus, vid. ad uers. anteced. προσοικ. II X, et DEI Christique imitatores esse debemus, 1 Cor. XI, 1, Eph. V, 1.
- II Quemadmodum homo sua ipsius culpa perit, quando perit, Hos. XIII, 9, cum ipse a grege et pastore aberrat, nec redire uult, Ies. LIII, 6, Ier. III, 12, Matth. XXIII, 37, Act. XIII, 46, sic conuersio eius opus solius DEI est, Ier. XXXI, 18, Io. VI, 44, XV, 5, non uirium humanarum, 2 Cor. III, 5, Phil. II, 13.
- III Quam laudabile et suave est, cum uicini, cum frates, cum amici, concordes cohabitant, Ps. CXXXIII, 1, et inuicem gaudentes gaudere, et dolentes, solatii ergo dolere possunt, 1 Sam. XX, 21, 22, Rom. XII, 15, 1 Cor. XII, 26, 2 Cor. XIII, 11.
- IV Desine tandem, inique DEV M arguere, ac si uellet peccatoris mortem, Ez. XIIIX, 23, 1 Tim. II, 4, eam si uellet, non gauderet de eius conuersione, non eum quaereret, Ez. XXXIV, 16, Matth. XXIII, 37, non eum restituere flagraret Ecclesiae, Ez. XXXIV, 11, seqq.
- V Disce mutuum Ecclesiae militantis in his terris, et triumphantis in coelis, consensum de conuersione peccatorum. Gaudendum ergo tibi est de peccatore poenitente, si uolueris uerae in his terris Ecclesiae esse membrum, et triumphantis aliquando fieri,
- VI Quamuis eridentes dicantur iusti, nec condemnabile quicquam in ipsis sit, Rom. V, 1, IX, 1, nec poenitentia lapsorum opus habeant, poenitentia tamen indigent quotidiana, Ps. XIX, 13, siue stantium, ne cadant, 1 Cor. X, 12. Noli ergo tibi persuadere, ac si nulla indigeres poenitentia. Si istiusmodi imaginatione repleta fuerit animus tuus, coecus es, et ignoras, quae tibi desunt, Apoc. III, 17, 18.
- VII Inestimabilis est poenitentia, ad DEV M enim poenitentes ducit, et coelites gaudio afficit. Ne ergo in crastinum differas, sed propera, ut gaudium in iis, qui te amant, excites, Io. III, 16, 1 Jo. IV, 9, 10.

VER-

## VERSVS 8 ET 9

8 Η τις γυνὴ, δραχμὰς ἔχουσα δέ-  
κα, εἰς ἀπολέση δραχμὴν μιλεῖ, οὐ-  
χὶ ὅπτει λύχνον, καὶ σαρῶς την ὄ-  
κιαν, οὐδὲ ζῆται ἐπιμελῶς, ἔως ὅτου  
9 εἴη; Καὶ εὑροῦσα συγκαλεῖται τὰς  
φίλας οὐκ τὰς γέτονας, λέγουσα. Συγ-  
κάθητε μοι, ὅτι εὐρὼν τὴν δραχμὴν  
ην ἀπώλεσα.

*Aut si qua foemina, quae habet drach-  
mas decem, amiserit drachmam unam,  
nonne accendit lucernam, et uerrit do-  
mum, et quaerit diligenter, usque quo  
inuenierit. Et cum inuenit, connocat  
amicas et uicinas, dicens. Gaudete  
mecum, quoniam inueni drachmam,  
quam amiseram.*

## Ε ΞΗΗΣΙΣ

Η τις γυνὴ -- ἔως ὅτου ἔνεη. Aut, ut alia rem exponam parabola, ex  
qua uos Pharisaei et Scribae intelligere potestis, actiones meas, dum pec-  
catores suscipio, esse iustas, ad foeminas prouoco, foeminae uos doceant  
suo exemplo. Attendite igitur, si qua foemina, quae drachmas, siue dena-  
rios, habet decem, (Per quas decem drachmas non intelligendi sunt nouem  
ordines Angelorum, quibus annumeratus homo Adamus decimus in una illa  
drachma amissa dicitur, ut, cum GREGORIO Homil. 34, BEDA ad h. l. sta-  
tuendum censer, scribens, Intuendum, cur ista mulier decem drachmas habuif-  
se perhibetur. Angelorum quippe et hominum naturam ad cognoscendum se  
Dominus condidit, quam dum consistere ad aeternitatem uoluit, eam procul  
dubio ad suam similitudinem creauit. Decem uero drachmas habuit mulier,  
quia nouem sunt ordines Angelorum, sed ut compleveretur electorum numerus,  
homo decimus creatus est, qui a conditore suo nec post culpam periit, quia bunc  
aeterna Sapientia per carnem miraculis corruscans lumine testae reparauit,  
sed idem, quod per centum uoes supra intelleatum fuit, a Sospitatore in-  
dicatur.) amiserit, in loco tenebricoso, aut uespera, unam drachmam, cuius ualor,  
si nostrae monetae, qua hodie utimur, rationem habueris, et postquam argenti  
ualor ad quartam usque partem nostra memoria fuit auctus, quatuor circiner  
grossos, exaequabit, nonne, sine mora illa, accendit lucernam, ut eam uide-  
re possit, ubi haereat, et, nisi uiderit ipsam, uerrit domum, qua illam,  
scilicet, domus partem, in qua drachma fuit amissa, et quaerit accurate,  
cum multa cura et diligentia, foeminarum more, quae hac in re patientio-  
res attentioresque sunt, usque inuenierit eam. Quilibet certe intelligit, quod,  
cum idem scopus huius parabolae sit, qui fuit antecedentis, eadem personae,  
eademque res adumbrantur, uidelicet primo per foeminam, non Ecclesia, ut  
AMBROSIUS, ATHANASIUS, aliique crediderunt, neque Spiritus S:  
ut

ut alii uolunt, sed ipse Sospitator noster, qui errantes anxie quaerit, Ez. XXXIV, 16, eiusque uice in his terris unusquisque fidelis Ecclesiae minister. Proprie enim Ecclesiae ministri quaerunt errantes, et ad poenitentiam inuitant, Matth. III, 2, Act. III, 19, 20, 2 Cor. V, 18, seqq. Ecclesia uero recipit inuentos. Deinde per drachmas decem indicatur coetus Ecclesiae, ut supra, ad n. 3, et paulo ante, diximus, per drachmam unam uero non Adamus, in quo totum genus humanum peccauit, sed peccator idem, qui per ouem errantem supra fuit significatus, uid. quae ad uersum sequ. notata sunt, per lucernam uerbum legis et Euangelii, Ps CXIX, 105, Marc. I, 15, 2 Petr. I, 19, per uertere, non uerbum DEI, sed aetus diligentiae, studii, et curae peccatores in gratiam reducendi cum DEO, 2 Cor. V, 18, seqq. per innenire peccatoris poenitentiam ipsamque in statum gratiae receptionem, per oīnay mundi certus tractus, in quo floret uera religio et aberrauerat a grege peccator.

Kai ἐνεργοῦσα -- ἦν ἀπώλεσα. Et cum inuenit illa foemina, solcite quaerens, amissam drachmam, conuocat amicas, de quibus scit, quod secum gausurae sint, et uicinas fideles ac pacificas, non contentiosas et inuidas, quae non tam de utilitate ac felicitate uicinæ, quam de eius damno et calamitate gaudere solent, dicens gaudio perfusa. Gaudete tecum, συγχάγετε μοι, pro χάρης σὺν ἐμοι, uid. Hierocrit. N. T. p. 149, quoniam inueni tandem drachmam, multa cum eura quaesitam, per quam non intelligitur Adamus, per lapsum amissus, et cum eo totum simul genus humanum, ut BEDA, et alii inter ueteres, uolunt, neque fides, iuxta AMBROSIUM Epist. I Lib. I, scribentem, Fides drachma est, quam illa mulier, in Euangelio ut legimus, amissam diligenter requirit, lucernam accendens et mundans domum suam, et, si inuenierit, conuocat amicas et uicinas, petens, congratulari eas seoum, quod inuenierit drachmam, quam perdiderat. Magnum enim damnum animae, si quis fidem amiserit, uel gratiam, quam fidei prelio acquisiuit sibi, sed peccator indicatur, a Christo aberrans, et iterum inuentus, hac drachma nunc inuenita, quam, ut foeminae vox est, amiseram, sine mea culpa, si ad Christum referatur, nullum enim eorum, quos dedit ipsi Pater sua culpa amitterit, neque finaliter, siue sint ii, quos dederat ipsi, ut ministri essent et pastores Ecclesiae, Io. XVII, 12, siue ii, quos dedit ipsi credituros in eum, et ut ouium habent rationem, Ies VII, 18, Io. X, 28, 29, XVII, 20, seqq. Hebr. II, 13, neque ad tempus, quia cura et studium eos pasceendi ac seruandi sunt tanta, ut omni careant imperfectione ac uitio, Ez. XXXIV, 16, Io. X, 11. Sin uero ad ministros Ecclesiae referatur ouium amissio, tunc utique saepe, proh dolor! fit, ut culpa eorum credentes amittantur, uel negligentia aut metu hominum,

num, *Ez. XXXIII, 8, XXXIV, 4*, uel falsa doctrina aut scandalosa uita, ut sunt luxuria, superbia, avaritia, adulterium, scorratio, ceteri. *Ies. LVI, 20, seqq. Ez. XXXIV, 2, 3, Ier. V, 31, VI, 13, Rom. II, 21 - 24, 1 Petr. V, 2, 3.*

## ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙΣ

**I** Cum hoc in primis sequiori sexui sit datum, ut rem amissam summo cum studio, ardore, cura, ac patientia querant, dicas, quanta sit cura, quantum ardor, quantum studium, ac quanta patientia Iesu, cum foemina sese conferentis, in querendo peccatore, ut eum gregi DEI restituat, *Ez. XXXIII, 11, XXXIV, 11, 16, Matth. XXIII, 37, Rom. X, 21, coll. Ies. LXV, 2, 2 Cor. V, 20.* Noli, peccator, hanc gratiam contemnere, ne abs te prorsus auferatur, *Act. XIII, 46.*

**II** Iesu non sui causa, qui lux ipsa est, *Io. I, 5, 9*, sed peccatoris gratia, lumen uerbi diuini accendit, quando te quaerit, ut tu uideas, et in uisis tuis uidere possis, *Pf. CXIX, 105, Ies. LX, 1, seqq. 2 Petr. I, 19.* Sequerere ergo hanc lucem, ne te tenebrae obruant, *Io. XII, 35*, et in aeternis tenebris pereas.

**III** Tu, o homo, cum numo compararis, attende, cuius imago in te sit effigia, utrum DEI, *Eph. IV, 24, Col. III, 10*, an diaboli, *Io. II, 19, 44, 1 Io. III, 10*, si illius, serua quæsio, quae habes, ne tibi hanc coronam aliquis surripiat, *Apoc. III, 11*, si huius, dele eam sanguine Christi, *Col. III, 9, 1 Io. I, 7, III, 8*, et DEI instaura imaginem, *1 Cor. I, 30, Eph. IV, 23, 24, Col. III, 10.*

**IV** Nisi Christus te, peccator, quaereret amissum, eadem tibi perditio obtingeret, quæ numo amissio, hic in coeno haerens corraditur aerugine et formam amittit squalore, tu peccatorum coeno inuolutus imaginem amittis DEI, nec te ipsum a natura iuuare potes, *Ez. XVI, 5, 6, 2 Cor. III, 5*, sed peris.

**V** Stat sententia, DEVM serio uelle, ut omnes homines saluentur, nec unus pereat, uid. ad uersum 4 et 5 προσοικ. VII. Hinc quaerit eos lumine Euangeli, quod in toto terrarum orbe accendit per suos ministros, *Marc. XVI, 16, 2 Petr. I, 19.* Utinam omnes hoc lumen sequerentur, et uidere uellent, *Matth. XIII, 14, 15, 2 Cor. IV, 3, 4.*

**VI** Si uolueris errantem peccatorem innuenire, quaere. Hic opus, hic labors est, et nisi quæsiue is, anima tua pro ipsis anima erit, *Ez. XXIX, 19.* Idecirco imitare αἰχματίνα, *Ez. XXXIV, 16*, et quaere. Conf. ad uersum 4 et 5 προσοικ. VI.

VER.

## VERVS IO

Οὐτω, λέγω ὑμῖν, χαρὰ γίνεται ἐκώπιον τῶν Αγγέλων τοῦ Θεοῦ επὶ ἐν αἱρατῷ μετανοοῦντις. Sic, dico uobis, gaudium fit coram Angelis DEI super uno peccatore poenitente.

## ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Οὐτω, λέγω ὑμῖν, -- ἐπὶ ἵνα αἱρετῷ μετανοοῦντι. Sic, quae uocula, h. l. non ad gaudii quantitatē uel qualitatē, restringenda est, ac si tantum et tale, eodem genere et numero, nec maius, nec perfectius Angelorum dicendum esset gaudium de peccatore poenitente, quantum et quale foeminae illius de drachma inuenta fuerit, quandoquidem quo perfectiores, quo sanctiores, quo puriores sunt Angeli, eo perfectius, eo sanctius, eoque purius, et consequenter eo maius ipsorum dicitur gaudium, sed ad gaudii certitudinem referenda, ut sensus sit, quemadmodum certum est, matrem familias gaudere de drachma inuenta, sic, cerium quoque esse, dico uobis ego, qui ueritatem semper dixi uobis, Io. XX, 4, ipsiusque veritatis auctor sum, Io XIV, 15, gaudium fit, sive est, reuera coram Angelis DEI, i. e. Angeli gaudebunt, quod etiam Germani amant dicendi genus, u. g. Also wird Freude seyn vor den Engeln Gottes, h. e. Die Engel Gottes werden sich freuen, super uno peccatore poenitentie serio. Ad quam seriam poenitentiam ut requiritur contritio et fides, sic omnis hypocrisis abesse debet. Ut igitur, cum de tali poenitente homine gaudeant Angeli, recte Christus inferebat, si ouis amissa, si denarij amissus, est quaerenda, et inuenta gaudium excitat, arque suscipitur, multo magis peccator poenitens quaerendus et suscipiendus est, et cum gaudium in coelis excitet, etiam uos gaudere, non uero iis et mihi inuidere, deberitis, si pastores ueri essetis, sic male, ob hoc Angelorum gaudium de poenitentibus, Pontificiū inferunt, ergo pro nobis intercedunt, et ideo inuocandi sunt. Quis enim argumentaretur, hic, uel ille, nouit, me poenitentiam egisse, et indecirco laetatur, ergo inuocandus est? Obstat profecto mandatum DEI, Ps. L, 15, obstat, quod Angeli non a natura haec sciant, sed ex reuelatione post poenitentiam peccatoris facta. Quo circa recte scripsit NIC. ARNOLDVS ad h. l. Ergo frustra quis esset Angelorum inuocans, nisi primo constet, an illi sua necessitas sit reuelata. Sic enim rei habet, mittuntur Angeli coelitus ad ministerium eorum, qui saluari debent, morantur, quod DEO uisum, in hoc ministerio, uident, quid agitur in mundo, reuocantur, redeunt in coelum. Reuersi communicant cum suis uisa, audita, potissimum autem conuerse

C 2

36.

uerisonem hominum. Vnde autem homini Angelos inuocanti constabit, eos Angelos, qui uiderant suam necessitatem iam e mundo in coelum iterum commigrasse? Potuit interea temporis, antequam redirent, ille inuocans mori. Quis autem usus istius inuocationis? Regia uia potius incedendum. Inuoca me.

### ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣ

I Quae Iesu, ueritas ipsa, *Io. XIV, 6*, *Apoc. III, 14*, dicit, uera esse memento, *Num. XXIII, 19*, ideoque credas, de poenitentibus Angelos gaudere, et studeas, ut tu ipse in poenitentibus sis, quo de te quoque gaudeant, contra uero caueas, ne impoenitentia eos contristeris.

II Si Angeli de peccatoribus poenitentiam agentibus gaudent ac solliciti sunt, multo magis homines, qui unius eiusdemque fonte sanguinis, *A&T. XVII, 26*. Idcirco cura peccatoris poenitentiam, *Mattb. XIII, 15*, *Iac. V, 19, 20*, et in primis tu, qui pastor ouium, *Ez. XXXIII, 7, 8*, *1 Petr. V, 2*, et Angelus Domini, es, *Mal. II, 7*, conf. ad u. 4 et 5 προσοικ. IX.

III Quamuis Angeli eo ipso, quando de tua poenitentia gaudent, amorem suum erga te declarent, tuumque sit, ut eos redames, tamen, ne inuoces, caue, *Pf. L, 15*, *Apoc. XIX, 10*.

IV Si uis eorum in numero esse, quos Angeli custodiunt, quibus ministrant, et de quibus gaudent, poenitentiam age, et DEV M time, ut saluus sis, *Pf. XXXIV, 8*, *Hebr. I, 14*. Contra uero caue, ne pecces, sunt enim Angeli praesentes, facinorum tuorum testes. Ergo reuerentiam habe iis, qui faciem DEI uident, *Mattb. XIII, 10*.



CAPUT

## CAPUT II

QVO

## EVANG. DOMIN. IV POST TRINITATIS

LVC. VI, 36—42, EXTANS

ILLVSTRATVR

## VERSUS 36

Πιεσθε οὖν δικτύμονες, καθὼς καὶ ὁ Πα- *Estate igitur misericordes, sicut etiam*  
 τηρ ὑμῶν δικτύμων ἐστι. *Pater uester misericors est.*

## ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Πιεσθε οὖν δικτύμονες -- δικτύων ἐστι. *Estate igitur uos, qui filii uultis*  
*esse Patri uestri in coelis, iuxta uestrum anteced. cuius uersus conclusio*  
*haec ipsa sunt uerba uersus 36. Postquam enim in superioribus uersibus*  
*Sospitator docuerat ueri amoris conditionem erga proximum, & cum primis*  
*erga inimicos, u. 27, sigillatim erga osores, u. 27, maledicos et offensores,*  
*u. 28, percussores et ratores, u. 29, itemque erga perentes, et uolenter*  
*aufferentes, u. 30, eiusque necessitatem ac causas probauerat a iure com-*  
*muni, u. 31, a praerogatiua credentium, u. 32, seqq. ab utilitate, quae pro-*  
*ponit mercedem magnam et relationem inter filios DEI, u. 35, et denique*  
*ab exemplo DEI, qui sit benignus erga ingratos ac malos, tandem conclu-*  
*dit, et suos ad imitationem DEI excitat, his uerbis, *Estate igitur, non tan-**

2  
3  
31  
3  
3  
36

*tum affectue, sed etiam effectue, qui ab hominibus, iure naturali uiuentibus,*  
*diversi et Christiani esse uultis, *misericordes, tum compatiendo ac beneficia**

*conferendo, tum succurrendo in periculis ac iuuando, et quae sunt aliae mi-*

*sericordiae species, pro uirili, et quantum in uobis situm, est, sicut, καθὼς,*  
*quae uocula, h. l. non absolute capienda est, sed secundum quid, nec identita-*

*tem eundemque gradum misericordiae diuinae infert, utpote quae est*  
*infinita, perfectissima, et omnibus modis ac numeris absoluta, nec in*  
*ullam creaturam, quaecunque illa sit, cadit, sed μίμησι, sine imitatio-*

*nem iniungit, ut DEV M imitentur Christiani in misericordia exercenda, non*  
*tantum erga amicos, u. 32, seqq. sed etiam erga inimicos ac malos, sicut*  
*DEVS benignus est in malos et ingratis, u. 35, quo sensu eadem uocula oc-*

*curredit, Matth. V, 48, et Cor. XI, 1, et alibi, sicut Pater uester, coelestis,*  
*Matth. V, 48, VI, 9. Dicitur uero DEVS Pater noster, tum ratione creatio-*

*nis ac conseruationis, Ps. CIII, 13, Ies. LXIII, 16, LXIV, 8, Mal. II, 10,*  
*et Cor.*

*i Cor. VIII, 6, tum ratione regenerationis, Iac. I, 18, tum denique ratione gratiosae adoptionis, Luc. VI, 35, Io. I, 12, Rom. II, 15, 16, i Io. III, 1, 2, misericors autem appellatur non affectus, affectus enim in DEV M non cadunt, sed effectus, sive ratione effectuum, qui misericordiam eius referunt, quo spectant cum primis, quod homines lapsos, qua spiritualia, in gratiam receperit, redemptorem iis dedit, eosque aeterna morte liberavit, reliqua, quā corporalia, eos conservat, sustentat, tot malis liberat, ac tuerit, cetera. Atque hanc misericordiam cum imitantur homines, sunt, sicut DEVS, misericordes, quem comparandi modum uberior expositus ATHANASIVS, Serm. IV contra Arianos, inquiens, *Ex rebus diuinis similitudines hominibus decerpens Saluator ait, Sitis misericordes, ut Pater uester coelestis perfectus est. Dixit illud, non ut essemus tale aliquid, quale Pater est, quod fieri nequit, cum creaturae simus, et ex nihilo conditi, sed quemadmodum, ne iumenta efficeremur, sub his uerbis interdixit, nolite fieri, sicut equus et mulus, ne eorum irrationalitatem aemularemur, ita et hoc quoque, non ut essemus, qualis DEVS est, locutus est, Sitis misericordes, ut Pater uester, sed ut respectu beneficiorum eius, quaecunque bona facimus, non propter homines, sed propter illum facimus, ab eo, et non ab hominibus, mercedem captantes, et quo nos, ut DEVS, misericordes efficeremur, non adaequati DEO, neque naturales, aut uerit benefactores redditt.* Non enim ex nostris rebus est, quod benefacimus, sed ex DEI, ut quae per gratiam DEI ad nos perueniant, ea et nos aliis imperiamur, sine curiositate delectus, sed simpliciter studio beneficiandi in omnes porrecto. Hac enim ratione saltem aliquo modo eius imitatores effici poterimus, et non aliter, quatenus ea, quae a DEO sunt, inuicem in nos mutuo subministremus.*

## ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

**I** Expende, o homo, quod imitatio DEI sit summa perfectio, et disce, DEV M eo fine te creasse, ut eum imiteris, eoque perfectiores esse uires imaginis diuinae in te instauratae, quo perfectior DEI in te est imitatio, illas contra esse languidas, aut nullas prorsus, si haec sit languida, aut desiderium eius sit nullum. Excitator ergo ad imitationem DEI, uoce Christi, uoce Petri ac Pauli, i Cor. XI, 1, Eph. V, 1, i Petr. II, 2. Conf. ad Euang. anteced. uer. 5 περσον. III, ut sanctus, ut perfectus, ut misericors sis, sicut Pater tuus, qui in coelis est, Lenit. XL, 44, 45, Matth. V, 48, Luc. VI, 36.

II Cum

**II** Cum misericordes dicantur beati, et misericordiam sint consecuturi, tu quoque esto misericors, ut beatus sis ac misericordiam eoram tribuali DEI aliquando nanciscaris, *Mattb. XXV, 35, seqq.* nec te sententia tangat, quae immisericordes tangeret, *Mattb. XXV, 41, seqq. Iac. II, 13.*

**III** Quam inestimabilis est misericordia! DEO similes, eiusque filios, illa facit homines, *Mattb. V, 48. Luc. VI, 35.* Bene itaque illis, qui misericordes sunt, uid. προσωπικ. II.

**IV** Non sufficit, ut in mente, erga tuos et amicos sis misericors, sed ut operibus quoque eam exerceas, ut erga alienos, inimicos, ac, qui te odio persequuntur, misericordiae opera praestes, prout DEVS facit, *Mattb. V, 45. Luc. VI, 35,* quem te imitari decet, *Eph. V, 1.*

**V** Noli tibi persuadere, ac si misericordia limitibus angustis sit circumscripta, extendit se illa ad omnes homines, uid. προσωπικ. anteced. ad pecora, *Prou. XII, 10. Matth. XII, 11. Luc. XV, 4,* cuius fructus sunt gratia, benignitas, amor, reconciliatio, beneficentia, cetera.

**VI** Cum tu sis uas misericordiae diuinae, *Rom. IX, 23. 1 Petr. I, 3,* tuum est, ut eandem exerceas, *Col. III, 12,* eoque allabores, ut, quae tibi uis fieri a DEO, eadem quoque facias proximo, *Mattb. VI, 12. VII, 12. Luc. VI, 31.*

**VII** Piū filii pios imitantur parentes. Si ergo filius DEI esse volueris, misericordem te quoque esse, et Patrem misericordiae, *2 Cor. II, 3,* imitari, decet. Sin uero immisericors fueris, patris crudelitatis et immisericordiae filius es, *Io. II, 44. Io. III, 10. 1 Petr. V, 8.* Exuas, quæso, foeridam huius imaginem, *Eph. IV, 22. Col. III, 9,* contra uero nouam induas, ad DEI imaginem creatam, *Eph. IV, 23, 24. Col. III, 10.*

**IX** Falsus es, qui, tibi blandiries, te esse in statu fidei, nec tamen misericordiae, sed immisericordiae, opera exeres, *Iac. II, 13,* conf. προσωπικ. anteced. Si enim in statu fidei esses, fidei quoque opera faceres, et, sicut Pater in coelis, misericors es, *Exod. XXXIV, 6. Ps. CIII, 13. Ies. LIV, 10. Iac. II, 14. V, 11.*

VER.

36.

## VERSUS 37 ET 38

37 Καὶ μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε· μὴ καταδικάσετε, καὶ οὐ μὴ καταδικασθῆτε·  
38 Ἀπολύετε, καὶ ἀπολυθήσεσθε. Δίδοτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· Μέτερον καλὸν, πεπιεσμένον καὶ σεσαλευμένον, καὶ ψεφεχθυνόμενον δώσουσσιν ἐξ τὸν κόπλουν ὑμῶν. Τῷ γὰρ αὐτῷ μέτρῳ, ὃ μετράτε, αὗταί μετρηθήσεται ὑμῖν.

Et ne iudicate, et non iudicamini. Ne condemnate, et non condemnabimini. Absoluite, et absoluemini. Date, et dabitur uobis. Mensuram bonam, confertam, et coagitatam, et superfluentem dabunt in sinum uestrum. Eadem enim mensura, quam mensi fueritis, remetietur uobis.

## ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Καὶ μὴ κρίνετε, -- καὶ ἀπολυθήσεσθε. Et, i. e. deinde, porro, uid, *Vindiciae N. T.* p. 164, audiatis, quae partim omittenda, partim facienda, sunt, uidelicet, ne iudicate more scilicet illico, autonataκρίτως, ausu malitioso et temerario, nec contra ueritatem uobis ignotam, quo proximi dicta, aut facta, aut contingentia, *Act. XXIX*, 4, in deteriore partem accipitis, ausu petulanti ea reprehenditis, ac sinistras et friuolas de ipso concipiatis opiniones, nec eum uestro consortio et conuersatione dignum iudicatis, sed contemptim habetis, *Luc. XIX*, 9, 11, 12, et qui sunt reliqui huiusmodi auctus illiciti, sed potius meliorem in partem interpretamini, et *Cor. XIII*, 4, seqq. *Gal. VI*, 1, et *Petr. IV*, 8. Quae si feceritis, alii iterum uestra facta ac dicta meliorem in partem accipient, nec nos iudicabimini a DEO, nec irae diuinæ eritis obnoxii, quam sentient omnes iniqui et immisericordes, *Iac. II*, 13. Apparet igitur, quod non omnis iudicandi ratio, sed illicita, priuata, et malitiosa, interdicatur, *Rom. XIV*, 4, et *Cor. IV*, 5, prout recte obseruauit *CHRYSOSTOMVS* ad *Mattb. VII*, Hom. 24, scribens, Certe Christus tam multos constituit increpantes, et non increpantes tantum, uerum etiam punientes, cum eum, qui nullum horum, quos *Mattb. XI*IX, 15, seqq. recensuit, uellet audire, quasi ethnicum et publicanum esse praecipit, quemadmodum etiam illis claves dedit. Si enim iudicaturi omnino non erunt, priuabuntur omnium clauium potestate, et frustra acceperunt illas ad ligandum et soluendum. Nam et aliter, si haec peccandi impunitas obtineret, cuncta pariter disperirent, et quae in Ecclesiis sunt, et quae in urbibus, et quae in domibus singulorum. Nam et Dominus seruum, et Domina ancillam, et pater filium, et amicus amicum, nisi iudicauerint, ad maximum omnino incrementum suum uita omnia peruenient. Ut igitur iudicandi interdictum recto accipien-

pferendum est sensu, sic et condemnandi prohibito generalis non est, quando Servator praecepit in uerbis, *Ne condemnate*. Nam uti legitima condemnatio, quae sit secundum legem, ab perpetrata scelera, qua fontes ac rei facinorosi coerecentur, demandata est a DEO sacerdotibus ac magistratui, dominis ac patribus familias aliquaque, qui praefont, sic friuolam, illegitimum, ac priuatum De minus dehortatur condemnationem, quae partim ab istiusmodi si hominibus, ad quos condemnandi ius non spectat, quando in conuentibus priuatis, et quandoque publicis, sententiam condemnatoriam tum insolentibus dicunt, tum iis de quorum delictis nondum constat, sola praeconcepta opinione adducti, et quodsi penes ipsos esset, eam exequentur, partim etiam ab iis, qui condemnandi fundamento prouersus sunt defituti, et solum ex auditu et relatione condemnant, partim denique ab iis, in quorum potestate quidem est ius condemnandi, sed id male exercent, quando, nimurum, aut ex malitia condemnant insolentem, unde iniustus iudex, aut ex iracundia et vindicta sontem, unde iniquus iudex, qui affectibus suis plus indulget, quam legibus. Haec igitur condemnationis genera illicita Dominus dedocet, addita ratione, nec nos condemnabimini a DEO, qui horum facinorum est severus iudex, atque partim endem modo uos puniet, ut scilicet in eandem condemnationis poenam incidatis, uobisque par pari referatur, partim vero seueriori modo, nisi poenitentiam egeritis, uos exciper, in die illo iudicii et condemnationis extremo. Quemadmodum vero haec uitia inter Iudeos admodum inuulnerant, sic virtutes contra condonationis et beneficentiae inter eos desissere fere videbantur quare roties ad eas Dominus adhortatus, Matth. V, 24, 44, VI, 12, 14, 15, XIIII, 21, seqq. etiam h. l inculcat, inquiens, *Absolute*, omnes eos offensionis poena, qui uos uel uerbis, uel gestibus, uel factis lassauerunt, ex sincero animo, hoc est, remittite et condonate iis peccata, quemadmodum debitoribus debita remittuntur et condonantur, adeo, ut nihil ab iis posthaec reposcant crediores, quare Salvator peccata nominat debita in oratione Dominica, Matth. VI, 12, quia, dum proximum offendimus, eius simus debitores, ei manemus, donec nobis remiserit peccatum. Quodsi vero absolveritis peccati criminis delinquentes, siue ex infirmitate, aut malitia, in uos peccauerit, siue semel, aut plus, siue deprecatus fuerit, aut non deprecatus fuerit, Matth. V, 23, seqq. XIIII, 21, 22, etiam uosmet ipsi absoluemini penitentes a DEO, prout in Oratione Dominica haec conditione a DEO perimus peccatorum remissionem. Et remitte nobis debita, siue peccata, sicut nos remittimus debitoribus nostris, Matth. VI, 12. Luc. XI, 4. Huius igitur, qui non remittunt peccata, nec peccatorum suorum poena absoluuntur, Quare, si uolueritis, ut DEVS uos absoluat, etiam uos

D. *absol-*

absoluatis proximum, quoniam hoc erit uobis et aliis signum, uos seriam agere poenitentiam, sine qua remissio peccatorum datur nulla,

*Διδοτε -- αντιμετερηθήσεται υμῖν. Date corde sincero et αὐτοπονητικό, in DEI gloriam, non, ut uideatur ueltra liberalitas coram hominibus in uestram gloriam ac iactantiam, ac pro sanctis habeamini, Matth. VI, 1, seqq. sed ut appareat, quod a fide proficiscantur uestrae eleemosynae, Rom. XIV, 23, Hebr. XI, 6. Date, non supra uestras facultates, ne ipsi indigeatis, sed pro earundem ratione, 2 Cor. IX, 13, 14, 1 Tim. V, 8, 16, licet paruae sint eleemosynae, Luc. XXI, 2, seqq. nec corde tristi et amaro, sed hilari et misericordi, 2 Cor. IX, 7, seqq. Date egenis, Matth. XXV, 35, seqq. partim iis, qui praeter omnem suam culpam indigent, Propterea XXII, 2, Matth. XXVI, 11, Eph. IV, 28, quales sunt cognati, ii, qui calamitatibus uariis ad paupertatem sunt redacti, u. g. quorum bona, aut ob ueritatis Euangelicae confessionem sunt prescripta, aut incendiis, bello, tempestate, aquae flūdibus, ceter. sunt absunta et perdata, reliqua, Matth. XIX, 29, Act. XXIX, 1, 2, Gal. VI, 10, 1 Io. III, 17, 18, partim iis, qui sua culpa indigent, ac poenitentiam egerunt iam jam, aut si nondum egerunt, utrum tandem, quos longanimitas ac misericordia diuina tulit, ad poenitentiam reducantur uestrae misericordiae ac fidei exemplo, Luc. XV, 13, seqq. Rom. II, 4, 2 Tim. II, 25, 26, partim denique ini-  
micis et persecutoribus, Matth. V, 44, 45; Luc. VI, 27, 28, 35, Rom. XII, 20, 21. Date tum uerbis, quo referuntur bona consilia, solatium, institutio in doctrina ueritatis, excusatio ac defensio innocentiae, adhortatio ad bonum et dehortatio a malo, reliqua, tum gestibus, quando peccantes, in periculis constitutos, aut quibus periculum imminet, cetera, gestibus ac signis admonemus, 1 Sam. XX, 14 - 23, Luc. XXII, 61, tum operibus ipsis, quo eleemosynarum erogatio aliaque opera bona, uel calamitatis, uel felicitatis, tempore, praestanda referuntur. Haec, et id genus alia, si uos dederitis prompte ac habenti animo, omne bonum sperare potestis, dabitur enim uobis itidem a DEO, dum partim ipse uobis retribuet ex gratia, Ps. XL, 1, seqq. Matth. VI, 4, X, 42, uestrisque rebus uariis benedicer modis, u. g. sanitatem, uitam longaeuam, bona fortunae, ceter. uobis largietur, partim aliorum animos erga uos excitabit, qui par pari referant, et, quae aliis fecistis bona, eadem uobis tribuant. In quibus tamen neque Pontificiorum opera numeramus fictitia, qualia sunt, quae COCHLAEVUS in libro de purgatorio habet, scribens, Desmus, et succurramus fideliter animabus in purgatorio, ut uidelicet et nobis in purgatorium detruitis uicissim subueniant, uel sua apud DEVVM intercessione nostra compensent officia, quoniam de his et similibus operibus, quae sunt αντιγραφα et entia rationis ratiocinantis, Dominus loqui non potuit, neque*

ex

ex his sequi concedimus, opera meritoria esse, prout itidem concludant Pontificii ex his, date et dabitur, et sequentibus uerbis, *Eadem enim mensura, quia metimini, metietur uobis*, quia opera illa, quae nobis hic iniunguntur, sunt nostri officii, *Luc. XVII, 9, 10*, remuneratio uero, quae hic promittitur, est gratiae, nec tamen est retributio quaedam salutis aeternae, inter quam et nostra opera nulla certe est proportio, sed retributio temporaria, qua bona huius uitae iis, qui eadem erogarunt, et quasi mutuo dederunt Domino, *Prou. XIX, 17*, promittuntur cum luero, *Date, et dabitur uobis*, i. e. redditur uobis mutuum, et quidem cum luero. Nam mensuram bonam, confortam, et coagitatam, et superfluentem dabunt in sinum uestrum, quibus uerbis ut partim indicatur, remunerationem fore largam, copiosam, et cum luero coniunctam, nam μέτρον καλὸν, scribente SCVLTETO, est generale de mensura non mutila, sed iusta et ordinata, πεπισμένον pertinet ad materiam, quae cedit compressioni, σταλευμένον respicit quaßationem, uel concussionem, sunt enim quaedam, quae arctius coeunt concussione, ideo rusticis cauent, ne quaßatione coeant grana. Quadrat igitur uerbum στάλευσιν grato debitori, qui non eadem tantum, sed etiam cumulatiore mensura uult reddere, quod accepit, - ύπερεκχυνόμενον congruit ad liquida. (Itemque etiam ad sicca transfertur, et notat hic, quod grana ob abundantiam sint delapsura.) Ad summam, mens Domini est, mensura cumulatissima DEVM remuneraturum beneficentiam, nec de remuneratione illa dubitandum, partim uero respicitur ad Hebraeorum uestimenta, quorum sinus erant laxi et ampli, ut iis excipere possent ea, quae copiose dabantur, conf. b. WOLFI Curae Philol. ad h. l. Hinc LYRAE expositio, qua quatuor ille epitheta pro quadruplici operum charitatis remuneratione accipit, scribens, *Date, et dabitur uobis*, scilicet bonum naturae, fortunae, gratiae, et gloriae, dum datio fiat ex charitate, et ideo subditur, Mensuram bonam, quantum ad bona fortunae, quae conferuntur propter opera pietatis, et confortam, quantum ad bona naturae, sicut sanitas et huiusmodi, quae etiam conferuntur propter opera pietatis, et coagitatam, quantum ad bona gratiae, et superfluentem, quantum ad bona gloriae, et ideo dicit Apostolus, *1 Tim. IV, 8*, *Pietas ad omnia ualet, promissionem uitae, quae nunc est, habens, et futurae, non approbanda uidetur, quoniam contextus docet, Dominum, hic de remuneratione tantum agere temporaria, et quae huius uitae est, non, quae futurae uitae, et aeterna est, deinde, opera non esse meritoria, paulo ante probauimus, et denique ex his uerbis, *Eadem enim mensura, qua mensi fueritis, remetietur uobis*, quilibet intelligit, hic de rebus huius uitae agi, et speciatim de ratione, quam DEVS uel immediate ipse, uel mediate per magistratus aliosque homines exercet. Vbi notetur tamen, quod hic non*

D 2

eius.

eiusmodi talio intelligatur, quae sit priuata auctoritate, aut quae habeat identitatem nequitiae vel temeritatis, ac si homini licet malum malo, iniurias in iuriis, nequitiam nequitia, compensare, talia enim reciproca temeritatis, ac nequitiae iudicia D<sup>E</sup>O placere non possunt, quoniam ipse interdian, Matth. V, 39, Rom. XII, 17, 19, neque ea talio, ac si D<sup>E</sup>V<sup>S</sup> uniuscuius estiam et iniuste uelit agere cum ipsis, qui inique iudicarunt, et iniuste condemnarunt, quandoquidem illud sanctitati, hec iustitiae diuinae repugnat, sed talis indicetur talio, quae inferat identitatem poenae civilis, atque ista somitum partim sensu stricto, quando uel mediante magistratu, eodem modo ab eodem membro sumebatur supplicium, u. g. supplicium oculi pro oculo, dentis pro dente, cohisi Ies. XXXIII, 1, quae in Veteri cum primitis Testamento locum habuit, Exod. XXI, 24, Leuit. XXIV, 20, Deut. XIX, 21, Matth. V, 38 apud nos autem plerisque casibus exsoluit et abrogata est, uel a D<sup>E</sup>O immediate sumebatur iisdem mediis, u. g. Aegyptii suffocarent in aqua infantes Ebraeorum, itaque deinceps ipsis eodem medio tollebantur, cum in mari rubro suffocarentur, Exod. I, 22; coll. XIV, 28, cetera, partim sensu latiori, quando poena, qua proportionem quidem, infligitur, sed non quae easdem circumstantias, et eundem modum, nec qua eadem media et membra, u. g. interfici aliquis alium fuste, dum caput eius insidi se et clam confri g. uerberibus, qui deinceps gladio plectitur palam et publice. Eadem quidem ille mortis mensura mensuratur, Gen. IX, 6, licet non eadem mortis specie. Sic et in reliquis sece res habent, qui parce erogat eleemosynas, illi erit parua retributio, qui copiose dar, illi magna erit benedictio, 2 Cor. IX, 6, seqq.

## ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

I Hoc perpetrant facinus homines, ut plerunque, quae in aliis iudicant, eadem faciant ipsi, atque se ipsis iudicando condemnent, Matth. VII, 2, Rom. II, 1.

II Ut magnum est peccatum, quando proximum illico modo ac temere iudicamus, ipsamque in poenam, iure talionis, incurrimus, Matth. VII, 1, 2, Rom. XIV, 4, 10, 12, 13, sic abstineamus a proximo iudicando, ne iudicemur a D<sup>E</sup>O, Rom. II, 1, 3, contra uero D<sup>E</sup>O iudicandi rationem relinquamus, 2 Cor. IV, 5.

III Aequo quidem animo p<sup>i</sup>j ferunt iniqua ac temeraria iudicia hominum, 1 Cor. IV, 3, 4, nec ea uindicant, habent tamen, qui ea certissime uindicabit, iudicem iustum, Rom. II, 3, XIV, 10, 2, Cor. V, 10, supacile

IV O

IV O quam felices essent homines, si tam faciles ac prompti essent in condonandis delictis, *Matth. V, 24, 25, XIII, 21, 22*, aut in semet ipsis iudicandis, *1 Cor. XI, 34, 35*; quam in dijudicandis aliorum faciliis et actionibus, vid. προσωπικ. I et II.

V Audi vocem DEI, quae te, ut condones proximo, admonet, *Matth. V, 23, 24*. Nisi enim condonaueris fratri tuo, neque orationem Dominicam in tuam salutem, sed in tuam condemnationem, recitabis, *Matth. VI, 12*, neque tibi DEVS condonabit, *Matth. VI, 14, 15*, et reconcilabitur. Quomodo enim DEVS reconciliabitur tibi, quando eum non amas, quomodo autem eum amares, si fratrem non amas, nec cum eo in gratiam redire uis, *1 Io. IV, 20, 21*. Condones igitur, et in gratiam redreas cum fratre, si reconciliationem uis cum DEO, *Matth. VI, 14, 15*. Imitare DEVM, qui tibi reconciliationem offert, *2 Cor. V, 19, 20*, et fac idem erga fratrem *Matth. V, 23, 24*.

VI Licet, ex sententia Domini, beatius sit dare, quam accipere, *Act. XX, 35*, illudque magni momenti res sit, ac promissionem habeat, *Prou. XIX, 17*, *Matth. VI, 20*, *Luc. VI, 38*, mundus namen ὑπέρου περίτερον facit, et mauult accipere, quam dare. Absit igitur, ut mundum sequaris, qui tibi uana suaderet, *1 Io. II, 15, 16*. Iesum sequere et imitare, qui tui causa se ipsum tradidit ac pauper factus est, ut tu ditesceres, *2 Cor. IX, 9*.

VII Cum is, qui prompto ac hilari corde dat egenis, DEO acceptus sit, ei quem mutuo det, *Prou. XIX, 17*, *2 Cor. IX, 7*, quis dubitaret largiter erogare eleemosynas? Quo magis enim dabis, eo magis accipies.

IX Imitare DEI benignitatem, qui dat, licet nihil eius loco accipiat, sic tu quoque des, ubi nihil sperandum tibi, et merces tua erit magna, immo filius eris DEI, *Luc. VI, 35*. O si hanc gratiosam crederent DEI promissionem homines, prompto darent animo.

IX Qui parce seminat, parce metet, *2 Cor. IX, 6*. Tenacitas ergo non est uetus modus ueras acquirendi diuitias. Vid. plura momenta de modo et circumstantiis erogandi eleemosynas paulo ante in εἰςηγήσει.

X Bene notes, quod DEVS ius talionis exerceat, vid. εἰςηγήσει. Fac ergo bona, caue a malis, et memento, ut, quae tibi uis fieri, alteri feceris. *Matth. VII, 12*.

XI Confidenter credas, quod DEVS, ut mala, ui iustitiae suae, punit, sic bona, ui ueracitatis suae et promissionis, certissime praestet, *Numb. XXIII, 19*, *Rom. II, 5, seqq.*

## VERSUS 39 ET 40

39 Εἶπε δὲ παραβολὴν ἀυτοῖς Μή τι  
δύναται τυφλὸς τυφλὸν ὁδηγεῖν; Οὐ-  
χ! ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται;  
40 Οὐκ ἔσι μαθητὴς ὑπέρ τὸν διδάσκα-  
λον ἀυτοῦ· Κατηρυσμένος δὲ πᾶς  
ἔσαι ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ.

Dixit autem parabolam ipsis. Numquid  
potest coecus coecum ducere? Nonne  
ambo in foueam carent? Non est  
discipulus super magistrum suum.  
Perfectus autem omnis est sicut do-  
ctor ipsis.

## ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Εἶπε δὲ παραβολὴν ἀυτοῖς. -- εἰς βόθυνον πεσοῦνται; Dixit autem Domi-  
nus, prout plerumque facere consueuerat, ad uberiorem rei illustrationem,  
sequentem parabolam, uid. ad u. 4 *Euangel. Domin. Septuages.* de uoce παραβο-  
λῆς, ipsis auditoribus. Notandum uero hic est, antequam pergamus, quod non-  
nulli interpres in ea sint sententia, ac si Parabola haec cum antecedenti-  
bus non cohaereret, sed alia quadam occasione recitata, huc a S. Luca inser-  
ta fuisse. Haec enim sunt uerba GROTI, inquietis, Frustra laborari pu-  
to in quaerenda huius loci cum prioribus, aut sequentibus, connexione. Lucas  
enim, cum multas sententias Christi recitasset, has etiam, quanquam alio forte  
tempore et occasione pronunciatas, huc referendas putavit. At enim uero, cum  
dudum hunc GROTI aliorumque errorem uiderit ac confutaverit b. C A-  
LOVIUS in Bibl. Ill. ad h. l. scribens, Non est existimandum cum Grotio, haec  
non cobaerere cum praecedentibus, sed diuersas sententias alio forte tempore et  
occasione dictas consarcinari. Nam, cum in confessu sit, eandem concionem mon-  
tanam a Luca describi, quae a Matthaeo est proposita, et e Matthaei VII con-  
stet, Christum de cauendis Pseudoprophetis, quales Pharisaei in primis tum erant,  
hortatum esse. Paroemia haec generatim in omnes hypocritas quadrans, ma-  
xime, qui alios iudicant, se ipsis non excutunt, specialiter tamen respicit Phari-  
xaeos, utpote qui tales hypocritae erant, ac iudiciis suis temerariis alios seduce-  
bant, quos etiam simili ratione et paroemia coecos ductores alibi dixit, Matth.  
XV, 14, quemadmodum n. l. e uersu 39, collato cum Matib. VII, 1, 4; seqq. li-  
quet, generalem illam regulam de arbore mala Pharisaeorum et similium Psendo-  
prophetarum causa traditam esse, quod similis locus, Matib. XII, 33, quoque  
confirmat. Neque obscura est συνέχεια harum sententiarum, quia temerarii eius-  
modi iudices hypocritae alios iudicant et corrigunt, cum ipsimet coeci sint, neque  
uitia sua uel trabem in oculis suis agnoscant. Volunt, alios perfectos esse, quos  
instituunt, et reformare audent, cum ipsis perfecti non sint, non cogitantes, quod  
non sit discipulus supra magistrum, neque id requiratur, sed sufficiat, si disci-  
pulus

pulus magistro paria faciat, quibus facete Pharisei et Scribae notati sunt, qui  
 ductores imperitorum se iactabant, claramque Scripturae sibi uendicabant, et alios  
 superciliosae prae se continebant, cum ipsorum in rebus diuinis uel talpa coe-  
 ciores essent, a quibus simpliciores pessime seducebantur, omnino deserendus est,  
 G R O T I V S, atque afferendum contra, cohaerere cum antecedentibus parabolam,  
 his uerbis expressam, Numquid potest coecus, per quem Pharisei et Scribae  
 indigitantur, qui falsa ista uocabant principia, licere inimicum odisse, licere  
 irasci cum eo, praetereaque erant immisericordes, irreconciliabiles, zoili,  
 Φυλάρχευοι, qui parce dabant, et quae id genus uitia in ipsis erant alia, de  
 quibus uid. Matth. cap. V, VI, VII, XXIII, et alibi. Atque haec falsa prin-  
 cipia docent, eorum intellectum fuisse excoecatum, coecosque fuisse ipsos,  
 Matth. XXIII l, 17, 19, Epb. IV, 16, et nihilo tamen minus audebant duces et  
 doctores esse coecorum, h. e. imperitorum, Rom. II, 19, et doctrinam atque  
 actiones Christi traducere, Luc. XV, 1, seqq. Quare utriusque, doctoris et audi-  
 toris, coecitatem notat Sospitator, et effectum demonstrat his uerbis. Num-  
 quid potest coecus Phariseus, Matth. XXIII, 24, 26, coecum, i. e. imperitum  
 laicum ducere uerbo ueritatis, quod ipse ignorat, et luce Euangeli illumi-  
 nare, cum ipse illuminatus non sit, 2 Cor. IV, 4. Nonne ambo, Phariseus  
 et laicus, falsis ipsis principiis imbuti et excoecati, quae dedocui, in foueam,  
 i. e. in errores, et nisi resipuerint, in aeternum interitum, carent. Quare  
 coecis ipsis, infert Dominus, ducibus et doctoribus, qui doctrinam meam  
 ueritatis turpiter diiudicant, et populum hypotheses istas falsas, quas dedo-  
 cui, docent, fides habenda non est. Procul dubio enim nonnulli erant in-  
 ter auditores Iesu, qui, cum in hoc capite VI aureas illas doctrinas pro-  
 posuerat, Phariseorum dogmatibus prorsus contrarias, uid. Matth. V, 23,  
 secum ratioinabantur, aut palam Iesu obiiciebant, quomodo fieri posset, ut  
 de his doctrinis, quas iste in uerbis anteced. a uersu 27 usque ad uersum 38,  
 recensuerat, erroris postularentur, cum tamen haec dogmata essent Pha-  
 risaeorum et Scribarum, quos haberent duces et doctores, hinc errare se  
 non posse, his respondet, cum doctores et duces illi in rebus diuinis es-  
 sent coeci, necessario sequi, etiam ipsis, utpote discipulos, esse coecos, quoniam  
 discipuli non essent supra magistrum, ut in uersu sequ. docet, atque ex hac  
 ratione fluere, utrumque, doctorem et discipulum in erroris foueam cadere.

οὐκ ἔστι μαθητής -- οὐδὲ διδάσκαλος αὐτοῦ. Non est discipulus, qua-  
 tenus discipulus est, et praecceptis Magistri instruitur, super doctorem suum,  
 respectu sententiarum, quas addiscit, hic uero earundem habitu gaudere  
 debet. Quodsi igitur Magister est imperitus, nec discipulus euadet peri-  
 tuis, quodsi ille imbutus fuit falsis principiis, iisdem hic imbuetur, quia al-  
 tius

tius non sicut discipulus ipso Magistro, hinc iisdem Magistri sui princi-  
piis institutus sit, sicut Magister suus, h. e. eadem statuit, quae Magister, si  
hic recte senserit, etiam ille, si falso, etiam ille fallus erit, quando autem  
perfectus, sive perfecte eruditus erit discipulus, et nunc e scholis dimis-  
tur studia absoluens, tunc idem ipsi evenit, quod omnibus evenire solet,  
scilicet, quod Sosipator dicit, omnis autem discipulus, perfecte institutus et  
eruditus a Magistro, erit sicut docto<sup>r</sup> eius. Quo sensu vox πατριώς oca-  
currit, observante ELSNERO, Hebr. XIII, 21, Ο δέ Θεός -- πατρός τούς  
ὑμᾶς ἐν πάντι ἔχω αγαθῶν εἰς τὸ θείλημα αὐτοῦ. DEVS autem per-  
fecte instituat, eruditat, et perficiat uos in omni opere bono, h.e. in omni bona  
doctrina ac scientia, ad faciendam uoluntatem eius, itemque ἀξιώς, 2 Tim.  
III, 17, et in POLYBIO, notante b. RAPHELLO in Notis Polybianis,  
p. 195. Hac ergo ratione hic uerius recte cohaeret cum antecedenti-  
bus, et perspicuus est, nec nos urget necessitas, ut cum Epiphanio,  
alienum proposito sensum afferamus, contra Ebionitas haec scribente, Οὐκ ἔστι  
μαθητής ιωτὴς τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ, ἢτω δὲ πατρισμένος πατὴ  
πάντα ὁ μαθητής, ὡς ὁ διδάσκαλος, τοῦτον ἔστιν, ἔτοιμος εἰς διωγμὸν  
καὶ πανολογίαν, καὶ πᾶν ὅτιον ἐπιφερόμενον. Non est discipulus su-  
per Magistrum suum, sit autem perfectus secundum omnia discipulus, sicut do-  
ctor, h.e. paratus sit ad persecutionem, malam famam, et omne aliud ferendum,  
cum hic de persecutione non sit sermo, sed de censuris temerariis, uel cum  
SVICERO, qui Tom. II Thes. Eccl. p. 60, eodem fere modo exponit, scribens,  
Quicunque bene, ac prout decet, instruētus fuerit, non grauabitur eam subire  
sortem, quam et subiit magister eius, uel cum GLOSSA ORDIN. Quae contra  
contextum DEVM hic per magistrum intelligit, inquiens, sicut magister.  
DEVS non suas uulscit tur iniurias, sed tolerando persecutores mitiores red-  
dere uoluit, discipuli, qui homines sunt, hanc regulam perfectionis debent imitari,  
uel cum GROTIO, ad h. l. differente, Videtur autem mihi apertissima esse conser-  
tio, quam et Syrus sequitur. Quisquis discipulorum erit יְהוָה uerus, rectus,  
quod hic ad originem uertitur πατρισμένος, is eris ut magister, i.e. sciet ea  
sibi agenda et ferenda, quae magister egerit tuleritque, cum etiam haec exposi-  
tio contextui non respondeat, uel cum CASTALIONE, qui in Graeco cur-  
ram esse sententiam, eamque plenam fore, ait, si cum Vulgata interponas,  
εἰ ἔσαι, si sit, hoc modo: Perfectus omnis erit, si sit sicut magister, cum  
haec interpretatio textum non exhaustat, et quae sunt aliae interpretatio-  
nes, quae uid. apud MATTH. POLVM in Synopsi ad h. l.

ΠΡΟΣ·

## ΠΡΟΣΩΙΚΕΙΩΣΙC

- I Corporeorum oculorum lumine qui priuatus est, miser quidem homo dicitur, sed omnium miserrimus est ille, qui mentis et fidei oculis est priuatus, ut nec in legis speculo nacuos suos, nec in Euangelii luce incredulitatem suam uidere possit, *Matth. XIII, 15, 2 Cor. IV, 4.* O si tales in tempore ad Iesum accederent, ab eoque emerent collyrium, quo oculos suos inungerent, ut uiderent, *Apoc. III, 18.*
- II Quam multi sunt, qui nesciunt, nec scire uolunt, sese spiritualiter esse coecos, *Io. IX, 40, 41, Apoc. III, 17,* sed in tenebris esse, atque in hac cogitate perire, malunt, *Matth. XIII, 15, Io. I, 5, XII, 46.*
- III Maxima omnium calamitatum est calamitas, quando coecus, uid. προσωικ, anteced. coecum in religione natus est ducem, *Matth. XXIII, 24, 26.* Ambo enim in tenebris errant, donec tandem in foueam aeterni interitus incidunt, atque in peccatis suis moriuntur, *Io. II, 24.*
- IV Ut deplorandi sunt illi, qui in coecos duces inciderunt, uid. προσωικ, anteced. sic detestanda ipsorum est petulantia, qui tales duces sibi destituto eligunt consilio, *Ier. II, 13, V, 31, 2 Tim. IV, 3, 4.* Quid inde mirum, si lasciuiae suae poenas luant, *Ier. II, 19.*
- V Cum in religionis causa salus a duce, quem sequimur, pendeat, omnino inuigilandum est, ac cautio adhibenda pro virili, ne ducem coecum, h. e. ne falsis principiis imbutum, doctorem eligamus, *Ier. VIII, 8, Matth. VII, 15.* Damnum enim irreparabile atque inaestimabile Ecclesiae imminet, Conf. προσωικ. VIII.
- VI Si uolueris certum et infallibilem tibi ducem feligere, Christum sequaris, qui lux mundi, via, ueritas, ac uita est, *Io. I, 9, XII, 46, XIV, 6,* nec in tenebris ambulabis, nec pedem tuum offendes, nedum in foueam incideres, *Io. II, 12.*
- VII Cauent sibi parentes, ne teneros filios suos coecorum tradant praecipis, h. e. ne eiusmodi doctoribus committant, qui uerae religionis principis imbuti non sunt, nec in eas regiones mittant, in quibus uerae

E

reli-

36.

religionis uox non auditur. Facile enim magistri sui induunt ingenium, et sunt tales, quales sunt magistri ipsi, *Luc. VI, 40.*

**IIX.** Cum docto errat, etiam discipuli errant. Quare probandi sunt doctores, *1. Io. IV, 1, 2 Cor. XI, 13, seqq.* ne tales iuuentur praesciamus praeceptorum, aut gregi pastorem, qui eos a ueritate uerbi diuini ad falsas doctrinas adducat, *Marc. XII, 7, 8, Act. XX, 28, seqq.* vid. προσωικ. V, et sequens.

**IX.** Quoniam ultima tempora, praedicente Christo, *Math. XXIV, 24,* adeo periculosa sunt, ut, si possibile esset, electi etiam seducerentur in erorem, inuigilandum omnino est, ne tales magistri in scholis, nec in Ecclesia admittantur pastores, qui spiritu uertiginis ac hypocriseos agitantur, a quibus torus facile grex in errorem seduci potest, conf. προσωικ. anteced. Quodsi uero ex inicitia nostrum admitti fuerint tales hypocritae, caueamus nobis ab ipsis Pseudoprophetis, *Math. VII, 15, 2 Cor. XI, 13, seqq.* ne ipsorum hypocrisis nos circumueniat, et cum ipsis in interitus foueam incidamus, conf. προσωικ. V, ex qua nulla redemptio.

**X.** Lieet multa desint discipulis, quae nesciunt, nec ea sciant, quae Magistri ipsorum sciant, tamen cristam efferre solent, eosque uel iudicant ac contemnunt, uel ingrato erga eos sunt animo et persequuntur. Caue tibi ab hoc peccato, ne idem tibi eueniat, *Math. VII, 1, 2, Luc. VI, 37, 38,* aut, cum sapiens tibi uidearis, ne stultescas, *Rom. I, 22, XII, 16.* Stabit enim sententia, Discipulus hoīus est supra Magistrum.

**XI.** Si tibi magistro variae a ruis discipulis atque auditoribus inferantur iniuriae, si te mali instar calcirent, bono sis animo, idem contigit magistrorum Magistro, *Math. X, 24, 25,* neli timere, sed patienter fer, et imitare Iesum tuum, *Math. X, 26, Io. XIII, 16, Rom. XII, 12, 1 Petr. II, 21, 23, III, 9.*

**XII.** Noli altum sapere, si uel maxime perfecte eruditus fueris, sicut magister tuus, *1 Cor. IX, 2,* sed hoc tecum expedere, quod scientia nostra sit partialis, *1 Cor. XIII, 9,* et uera sapientia atque eruditio sit, Christum nosse, *1 Cor. II, 2.*

VER.

## VERSVS 41 ET 42

41 Τί δέ βλέπεις τὸν καρφός, τὸν ἐν τῷ ὄφθαλμῳ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ δοκὸν τὴν ἐν  
42 τῷ ἴδιῳ ὄφθαλμῷ σου, δοκὸν εὐ βλέψων. Ή πῶς δύνασαι λέγειν τῷ ἀδελφῷ σου; Αδελφὲ, ἀφες, ἐκβάλω τὸν καρφός, τὸν ἐν τῷ ὄφθαλμῷ σου, δοκὸν εὐ βλέψων. Υποκριτὰ, ἐκβάλε πέσσων τὸν δοκὸν ἐν τῷ ὄφθαλμῷ σου, καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸν καρφός, τὸν ἐν τῷ ὄφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου.

*Quid autem uides festucam, quae in oculo fratris tui, trabem autem in proprio oculo non animaduertis? Aut quomodo potes dicere fratrituo? Frater, sine, eiiciam festucam, quae in oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non uidens. Hypocrita, eiice primum trabem ex oculo tuo, et tunc per spicies eiicere festucam, quae in oculo fratris tui.*

## ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Τί δέ βλέπεις -- εὐ κατανοεῖς; *Quid ergo, quid autem, cum res tuae ita sint comparatae, ut ueris ueritatis principiis non sis imbutus, et longe maiora in te sint uitia, quam in aliis, tu uides oculis improbis festucam in oculo fratris tui, hoc est, leuiorem et minorem errorem, quem frater admisit, trabem autem eam, quae in proprio tuo est oculo, non animaduertis, hoc est, propria tua et longe grauiora crimina non animaduertis, neque animaduertere et expendere tecum uis, siue, ut HEBRONYMVS loquitur, ad Matth. V, minora peccata fratribus non concedis culicem liquant, et camelum glutiens, Cognoscit autem pondus et emphasis huius locutionis possunt ex uocibus δόνου et κάρφου, cum illa denotet trabem, siue magnum et longum lignum, quod aut transuerse ponitur structuris, aut recta linea collocatur, ad paumenta ferra, haec uero, auctore HESYCHIO, est ξύλον λεπτόν καὶ ξυρός, lignum tenui, seu ualde minutum, et aridum. Vrebantur hoc proverbio Iudei ad compescendos homines, eorumque licentiam refrenandam, qui perpetuo alios ob leuia et exigua peccata corripiebant, cum tamen eorundem, imo longe maiorum grauiorumque, rei essent, quae longe seueriori ac grauiori castigatione digna erant. Ut uero hoc uitium est commune malum, auctore ISIDORO PELVS. Lib. IV Epist. 75, scribente, Commune sane hoc malum esse uidetur, ut homines non solum in rebus propriis coecutiant proximorum autem delicta acute cernant, sed etiam sibi ipsis quidem excusationes defensionesque, quamuis inuitas, arcessant, alienorum autem acerbi atque inexorabiles sedeant iudices. Qui uero sui ipsorum amorem reuera depofuerunt, et sic existimant iustitiam obtinere oportere, eundem aduersus se*

*ipsos,*

E 2.

psos, si quando peccarint, ferunt calculum, quem contra proximum ferrent, imo in se ipsos per poenitentiam durius animaduertunt, cum sciant, ei, qui poenis non emendetur, exitium impendere. In hoc igitur accuratum examen immittens nos Christus dixit, Quid uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quae in oculo tuo est, non animaduertis? Neque enim conuenit, ut aliorum sit acerbus iudex, qui propria errata negligit. Sic nemo, si recte uiderit, sese eximat, siue magistratus sit, siue subditus, siue doctor Ecclesiae, siue auditor, siue alius quispiam, ad omnes hanc sententiam pertinere, non tantum veteres iudicarunt recte, quorum audiamus **TEOPHYLACTVM**, ad h. l. scribentem, Quid uides festucam, i. e. modicum crimen, in oculo fratris tui, trabem autem, magnum tuum peccatum, non animadueritis. Hoc autem omnibus dici potest, et maxime doctoribus et principibus, qui subditorum, quamvis parva, peccata puniunt, sua autem, etiam magna, impunita sinunt. Idcirco illos et hypocritas Dominus uocat. Quam ueritatem sacerdotibus cum primis proponit **AUTOR Oper. Imperf Homil. XVII ad Matth. VII**, inquiens, Quid uides festucam, cet. -- Ac si dicat, melius est nec docere, nec reprehendere laicum, quam docere, et reprehendere, et te ipsum in reprehensione consistere, quoniam talis doctrina doctoris non est audiibilis, sed derisibilis. Propter quod omnis sacerdos, si uult docere populum, prius se doceat, si autem se ipsum non uult docere de omni, quod docet, nec ipsum arguere de omni, quod arguit, nec alios doceat, nec arguat queriquam, ut, si iudicium DEI non euadit, uel hominum opprobrium non patiatur, sed etiam profani, ductu luminis naturalis, hoc commune uitium obseruarunt, prout **HORATIO** testis est, canens,

Cum tua peruideas oculis male lippus inunctis,  
Cur in amicorum uitii tam cernis acutur,  
Quam aut aquila, aut serpens Epitaureus.

Et **CICERO**, Fit, nescio quo facto, ut magis in aliis cernamus, si quid delinquitur, quam in nobis met ipsiis, sed rationem eius reddidit Aesopus, quem dixisse perhibet **STOBAEVS**, inquiens, Αισωπος ἐφη, δύο πήρας ἔμασον ἡμῶν Φέρειν, τὴν μὲν ἐμπροθεν, τὴν δὲ ὄπισθεν, καὶ εἰς μὲν τὴν ἐμπροθεν ἀποτιθέντα τὰ τῶν ἀλλών ἀμαρτήματα, εἰς δὲ τὴν ὄπισθεν τὰ ἑαυτοῦ, διὸ οὐδὲ παθόρωμεν αὐτά. Aesopus dixit, duas manticas unumquemque nostrum portare, alteram ante, alteram post, et in eam quidem, quae ante, ponit aliorum peccata, in ea autem, quae post nos, nostra, propterea etiam non uidemus ea, atque repetit sene, aiens, Alienā uitia in oculis habemus, a tergo nostra.

Ηπᾶς

Η πῶς δύνασται λέγειν -- δοκὸν δὺ Θλέπων. Aut, quomodo, qua frō-  
te, quae conscientia, potes dicere ad fratrem tuum, h. e. ut AVCTOR  
Oper. Imperf. exponit, Quia facte arguis peccatum laici fratris tui, ipse in eo-  
dem aut maiore peccato existens? Non times, ne audias ex aduerso, medice cura-  
te ipsum? Si medico opprobrium est, qui nec alterius sanitatem habet in  
potestate, nec suam, si alios uelit curare, et ipse debilis, quasi testimonium impe-  
ritiae suae portat in corpore suo propriam passionem. Quomodo doctori non sit  
opprobrium, altos uelle eruere a peccato, et ipsum in maioribus esse peccatis, dum  
possit faciliter se ipsum eruere a peccato, quam alios. Aut ita, quomodo fratri  
tuo dicas, i. e. quo proposito putas, ex charitate cordis dicas, ut salues proximum  
tuum? Non, sed ut te similes insūsum. Si autem uere ex charitate cordis argue-  
res proximum tuum, ut saluares, te ipsum ante saluares. Numquid possibile est,  
ut benevolentior sis alteri, quam tibi? Ut quid, cum te ipsum nolis saluare, al-  
terum uelis? Omnis ergo docttor talis alloquens in Ecclesia, non altos uult saluare,  
sed per bonam doctrinam malos actus suos celare, et scientiae lantem ab homi-  
nibus querit, non aedificationis mercedem a D E O, et est hypocrita. Frater, uoce  
blanda et amica uritur censor iniquus, more hypocitarum, ut eo faciliter  
censura locum inueniat apud eum, quem percensendi animus erat. Frater,  
inquit igitur, sine, aut precandi vim uerbum habet, noli indignari, quod  
hanc mihi affero licentiam, permitte quacso, aut iubendi rationem, si cen-  
sor intelligatur importunus et impudentior, sine, i. e. uolo, ut sinas, eliciam,  
extrabendo festucam, quae est in oculo tuo, h. e. de hoc illoue errore fugien-  
do, quem severius censendum puto, te admonebo, ipse autem, censor, in  
oculo tuo proprio, ut uersu anteced. trabem non uidens es, i. e. grauius tuum  
delictum non agnoscis. Sed unde haec malum? quod propria nostra pec-  
cata non cognoscimus, procul dubio a negligentia τοῦ γνῶθι σεαυτὸν ori-  
ginem habet. Si enim homo semetipsum in hoc speculo consideraret,  
omnino naeuos suos, quos in tergo haber, perspiceret, et quis sit, intelli-  
geret. At, hoc neglesto, nimium sibi blanditar, ac fallacia cordis deceptus,  
et Φιλαντία, abrepitus proximum despicit, eum uilipendit, ac semetipso uult  
inferiorem. Ut ergo hoc praestet, sanitatem simulat, proximi naeuos acer-  
be perstringit, et si nulli sunt, facit, eum iudicat ac condemnat, culicem ex-  
colans et camelum deglutiens, Matth. XXIII, 24, hypocrita, prout huius  
farinae homines appellat Sospitator, pergens.

Υπουριτὰ -- εν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ αἰδελφοῦ σου. Hypocrita, qui tu  
sanctitatem iastas, nec tamen sanctus es, (Est enim υπουριτὴς proprie hi-  
strio, persona comica, qui alienam personam sustinet, alienos mores, digni-  
tates, ac uirtutes simulat, hoc uero loco metaphorice accipitur de iis homini-  
bus,

bus, qui mores a se alienissimos, ac virtutes ad se non spectantes, affectant, et in summa prauitate inanem ac uanam probitatis laudem consecrari annuntuntur.) eiice primum trabem ex oculo tuo, hoc est, prius te corrigas et emendes, prius peccata tua longe grauiora aufer poenitentia, ab iisque ulteriori perpetrandis abstine, antequam aliorum percensas errores, turpe enim est doctori, cum culpa rediguit ipsum, et tunc, postquam te correxisti, perspicies, i. e. perspicere poteris, quia trabs non amplius impedimento erit tibi, nec eadem, aut maiora, tibi obliici poterunt peccata, eiicere festucam eam, quae est in oculo fratris tui, i. e. proximi errorem emendare, siue, ut BEDA, hunc locum egregie exponit, scribens. Primo abs te expelle odium, et deinceps iam poteris eum, quem diligis, emendare. Et est uero multum cauendum, et molestem hypocritarum, i. e. simulatorum, genus, qui cum omnium uitiorum accusationes odio et liuore suscipiant, etiam consultores se uidere uolunt. Et ideo pie cauteque uigilandum est, ut cum aliquem reprehendere, uel obiurgare, necessitas coepit, primo cogitemus, utrum tale sit uitium, quod nunquam habuimus, uel quod iam caruimus. Et, si nunquam habuimus, cogitemus, et nos homines esse, et babere potuisse. Si uero habuimus, et non habemus, tangat memoriam communis infirmitas, ut illorum reprobationem non odium, sed misericordia, procedat. Ut siue ad correctionem eius, propter quem id facimus, siue ad peruerisionem ualuerit, nam incertus est exitus, nos tamen de simplicitate oculi nostri securi simus. Si autem cogitantes nosmet ipsos inuenierimus in eo esse uitio, quo est ille, quem reprehendere parabamus, non reprehendamus, neque obiurgemus, sed tamen congemiscamus, et non illum ad obtemperandum nobis, sed ad pariter conandum inuitemus. Raro ergo et magna necessitate obiurgationes adhibendae sunt. Ita tamen, ut etiam in his ipsis non nobis, sed D E O, inseruimus, insemus, ipse enim est finis, ut nihil duplicitate faciemus, auferentes trabem de oculo nostro inuidentiae uel malitia, uel simulationis, ut uideamus eiicere festucam de oculo fratris. Cui iungere liceat CHRYSOSTOMVM, qui in Matth. VII haec differuit, scribens, Euice primum trabem de oculo tuo. Vides certe, quod non ueterit iudicare, sed iussit eiicere primum de oculo proprio trabem, et tunc aliorum errata corrigeret, nam et sua unusquisque faciliter agnoscit, quam uique ceterorum, et maiora citius perspicit, quam minoria, et se ipsum magis amat profecto, quam proximum. Itaque se alterius curam gerens, id facit, temet ipsum ante curato, in quo et manifestum innenitur peccatum et grandius. Sin autem temet ipsum contemnis ac despicias, liquet omnino, quod fratrem tuum ipse odio indices, non studio disciplinae, nec emendare illum cupias, sed notare. Quod illum oportet huiusmodi aliquem iudicare, non tamen a te hoc fieri debet, uerum ab eo, qui nihil tale commisit.

ΠΡΟΣ-

## ΠΡΟΣΩΠΙΚΕΙ ΩΣΙΣ

- I Cum omnes homines peccant, nec unus inter mortales sit, qui peccatorum numero sese eximere queat, *Ps. XIV, 3, coll. Rom. III, 10, 12, 13, mirandum omnino*, qui fieri possit, ut alter, qui eorundem, imo grauiorum peccatorum reus est, alteri peccata leuiora obiciat, seque eo ipso condemnnet ipsum, *Rom. II, 1, 3.*
- II Sicut minima festuca oculum corrumpere, eumque usu privare potest, nisi in tempore medela afferatur vulneri, sic lenissimum quoque peccatum hominem perdere, eumque beatifica visione priuare, potest, nisi in tempore poenitentiae lacrymis preceris DEVM, ut uulnus peccati Iesu sanguine emundet ac sanet, *1 Io. I, 7, 9, Apoc. I, 5.* Noli igitur leniter pecans securus esse, sed poenitens ingemisce, *Domine ab occultis munda me delictis, Ps. XIX, 13.*
- III Expende homo, si leuiora peccata proximi adeo facile tuos oculos offendant, et te ad iudicandum, quod tuum non est, impellant, quanto magis grauiora tua peccata D E I. oculos offendant, eiusque iustitiam ad iudicandum vindicandumque nefas adigant. In tempore ergo sapias et respicias, *Aet. III, 19.*
- IV Aliorum errores lynceis aspicere oculis, proprios autem non cernere, est securi ac dormientis hominis, *Luc. XVII, 27, 28, 1 Thes. V, 3.* Quare surge a securitatis somno, et te a peccatis tuis, sine mora, libera, *Dan. IV, 24;* ne cum mundo condenneris, *1 Cor. XI, 32, Eph. V, 14.*
- V Nisi peccatorum ipse reus es eorundem, quae in aliis iudicas, ea non perspiceres tam facile, nec tam acerbe et seuere perstringeres. Sed caue tamen, ne, cum aliis sententiam dixeris, tibi ipsi eandem dicas condamnationem, *2 Sam. XII, 5, 6, 7. Conf. προσωπικ. I.*
- VI Cum turpe sit doctori, eum culpa redarguit ipsum, beneattende, ne reprehendas aliorum errores, quorum ipse es conscius ac reus, nec ubi ex talione cotumeliose eadem obiciantur, quae utio aliis uertisti, *Matth. VII, 12,*

VII Te

VII Te ipsum corrige prius, qui alios corrigendi tibi arrogas licentiam, nisi hoc feceris, plus destrues, quem aedificabis, imo nihil efficies aliud, nisi ut te risui et illusioni exponas, *Rom. II, 21, seqq.*

*s.*  
VIII Γνῶθι σεαυτὸν, qui pastor es, utrum bona conscientia haec vel illa uitia in tuis iudicare, ciburgare, et condemnare possis, an reclamante conscientia, teque ipsum eorundem accusante, hoc facere debebas. Si hoc, melius erit, ut in genere ad paenitentiam eos invites, ac ad fugienda talia blanda admones uoce, ne te probris exponas et scandalum praebeas, *Rom. II, 19, seqq.* Conf. προσομ. VI et VII.

IX Quanta est eorum audacia ac stoliditas, qui, dum ipsi coeci sunt, alii tamen coecitate liberare audent. O si te ipsum prius curares, atque ilud nosce te ipsum disceres, antequam alios curare auderes. Conf. προσομ. VII.

X Certissimum est indicium, in hypocritis eum esse numerandum, qui multum de sanctitate, pietate, misericordia, atque aliis suis virtutibus gloriantur, proximi contra errores, si vel maxime sint infirmitatis, aut prorsus nulli, acerbe exagitat et perstringit.

XI Non studium emendandi proximum, sed φιλαυτία, non amor, sed odium et inuidia sunt in causa, quando proximi actiones reprehendis, quas tamen in te ipso obseruant alii. Conf. Εξήγησις.

XII Ut hypocrisis a diabolo, qui mendacii pater est, *Io. IIX, 44, 1 Io. III, 8, 10,* haber originem, ideoque immisericors, inuidiosa, astuta, superba, et fallax est, sic amoris sinceritas, quae propria, non aliorum, facta, explorat, est misericors, candida, humili, atque omnia in meliorem partem accipit. Illam ergo fuge, nisi satanae similis esse volueris, hanc uero seculare et imitate, si ad DEI imaginem conditus esse volueris, *Eph. IV, 25, 27, 31, Col. III, 8, 9, 12, seqq.*

T R I Θ E O I M O N Ν I H Δ O Ζ A




Index.

- 1.) Christ. Aug. Schütz (J.P.F. Bakrthii) de Vespigiis Religionis paganae apud Pontifices specimen ad Matth. IV.10.
- 2.) To. Frid. Stubbemanni Vindiciae oraculorum quorundam Sptg.,; pontificum locorum Matth. V.3 & XIX.21-26.
- 3.) Capp. fac. Stuckig de Maguetio terra haeredibus. Matth. V.5. Sectio prior exq.
- 4.) To. C. W. H. Lübeck de Maguetio terra haeredibus. Matth. V.5. Sectio posterior exq.
- 5.) Christ. Sigism. Georgius de Proprie Suffitiae Vanitate ad C.C. Matth. V.20-26. & Luc. V.1-11.
- 6.) To. Henr. Neeser de Dictione sacra Agere ea quae oportet ex Matth. VI.12. contra Tyriasmum.
- 7.) Christ. Sigism. Georgius de Divinitate Christi omnipotenti & omniscienti attributis probata ad C.C. Matth. VIII.1-13. 23-27. XIII.24-30 illustrando.
- 8.) Christ. Leber. Müller (J.P.E.F. Neubaueri) de Missionariis Christi. ad Matth. X.10. & Luc. X.3.
- 9.) Christoph. Matth. Paffius de Ecclesia Petre inadfectata & Potestate ligandi & solvendi Petre data. ad Matth. XXII.18.19.
- 10.) Theophil. Gul. Tronkyt (J.P.F. Bakrthii) de Potestate Ecclesie. ad Matth. XVII.19.
- 11.) Christ. Sigism. Georgius de Scandalo dato ab accepito. ad C.C. Matth. XXIV.1-11. & 18.1-8.
- 12.) Christ. Gottl. Frid. Wolffius de Iuvorio Iudeorum ad illustrationem var. S. C. R. im primis Matth. X.18. 8-9.
- 13.) To. Rud. Hirsling de Procuratore in Vinea Domini ad Matth. XX.8.
- 14.) Christ. Sig. Georgius de Gratia Dei homines vocante pera & universali. ad C.C. Matth. XXII.1-14. & Joh. IV.47-54.
- 15.) — de Amore erga Deum, seipsum & proximum. ad C.C. Matth. XXII.34-46. & Luc. XVII.1-11.
- 16.) To. Heinr. Bohn Commentatio in Matth. XXII.5.9.10. (Matth. XXII.37. 13. Par altera).
- 17.) To. Georg. Gottl. Schwartz (J.P.R.A. Rollii) de Gratia convertente Iudeis per alata & turpiter ab ipsis repudiata ad)
- 18.) Henr. Gottl. Richterus (J.P.H. Clausius) de agitatione copiarum ecclesiarum circa finem orbis expectanda. ex Matth. XXVIII.29. Marc. XII.25. & duc. XXI.26.
- 19.) Christ. Thomasius (J.R.F.T. Noebii) de Injuncto Ponti Pilati iudicio.
- 20.) Christ. Sig. Georgius de Iehi justificante & iustificato ad C.C. Marc. VII.31-37. & Luc. XXVII.9-14.
- 21.) To. Dr. Michaelis Dissertationes due ad Marc. X.42. & XXI.25. ac Joh. XI.13. 14.
- 22.) Chr. Sig. Georgius de Fidei in F. C. ad dextram Dei exaltatum sacrificia. DCC. Marc. XVI.14-20 & Joh. III.16-21.
- 23.) — de Fidei negotiogozias certitudine. ad C.C. Luc. I.57-80. & I.39-56.
- 24.) Georg. Götzius de Praefatio Christi.
- 25.) Christoph. Frid. Schott (J.P.F.C. Clemmii) ad Luc. XIII.23.24.
- 26.) Chr. Sig. Georgius de Homine aterno his damnationis causa. ad C.C. duc. XVII.16-26. & XVII.19-31.
- 27.) — de temptatione Iephah Dei misericordis ad C.C. Luc. XV.1-10. & VI.30-42.
- 28.) To. And. Gnilius in Diction Salvatoris Luc. XVII.20-21. de Regno Dei in terris.
- 29.) Paul. Gförg. a Pettijen de Opulo sancto Rom. XXVI.17. ciz opposite opulo Iudea duc. XXII.48.
- 30.) To. Gottl. Lange (J.P.C. Schröteri). Nathanaelis de Christo confessio. Joh. 1.49.
- 31.) J. Sillemann dicta Schröteri de ratione a Christo administrata.
- 32.) To. Ad. Quander de Historia Mulieris adultera non adulterina. ad Joh. VIII.1-11.
- 33.) Gul. Aver. Krippendorff (J.P.C.N. Paffii) contra Georg. Traparuntium in verba Christi ad Petrum Joh. XXI.22.

34. a. Pictus

- 34) *Pietas pura secu affixa in supremo servatoris in cruce moriente:*  
b. *To. Christ. Hernsdorff* Panegyricus die Xpi mortuali habitus.
- 35.) *Bened. Gottl. Klauswitz* *Obvoluta que harmoniam hystoriae Resurrectionis F.C. circumfert.*
- 36.) *Gottl. Frd. Guidi*  
a. *Vindicia Doctorum Johannis pro universal gratia ab Expositionibz Lampci*  
b. *— Punitatis Salvandorum à Cœli Secundi Cœloni objectionibus*  
c. *— Nathanaeli a Patria sue contentu.*

I p. 23. de Vesperis vulnerum pueris in  
Apo ad systemam iudicium refutatio.  
II p. 16. de Xpo placibilitas exempli.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn862448174/phys\\_0051](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862448174/phys_0051)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn862448174/phys\\_0053](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862448174/phys_0053)

DFG






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn862448174/phys\\_0055](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862448174/phys_0055)

DFG





# ATHANAEL

A

## RIAЕ SVAE CONTEMТV VINDICATVS.

Io. I, 47.

§. 1.  
e tandem, qui plus vice simplici NATHANAELM,  
IBARTHOLOMAEI etiam nomine insigniri dicunt,<sup>a)</sup>  
errimum CHRISTI cultorem praeiudicii, quod ab au-  
centis, vel agentis ortum suum trahit, accusatis.  
Sive  $\alpha\gamma\alpha\theta\epsilon\sigma$  in genere viros bonos, et virtute praeditos in-  
sine speciatim viros excellentes,<sup>b)</sup> quorum in num-  
Prophe $\tau$ tae, et in primis Messias sunt habendi: neu-  
fensu, oppido suo natali fertilitatem eos proferendi  
nutriendi denegat NATHANAEL. <sup>c)</sup>

§. 2.

lem GALILAEAM, et quae in ea regione sita erat, vr-  
RETH tanto contemtui habebant Pharisei, quorum  
georum vulgus pendere solebat, vt vatem diuino spi-  
, multoque minus Messiam in illa nasci, et educari

K 3

posse

tur post WILKIVM in libro, de festis christianorum, P. II. p. 405.  
udat NAHRIVS in dissertatione, de NATHANAEL apostolo,  
THOLOMAEO non diverso, Lips. 1740. edita.

posteriorem sensum strenue vindicat HEVMANNVS, in Poe-  
I. p. 77. et 326.

vero negasse communis fert interpretum sententia. Prouoco  
MANNVM, l. c. LAMPIVM ad hunc locum; KINDLERVM  
tatione, de NATHANAEL vere Israelita, Viteb. 1693. NAH-  
I. c. p. II. RVSIVM in Harmonia P.I. p. 423.